



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Dispvtatio IV. De Suspensione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

nium militarium sine dubio comprehenduntur, quia vero sunt regulares, ut notauit Rodrig. q.68. art.4. Villalobos tract. 12. diff. 20. in fine. Bonac. disp. 2. q.4. p.7. num. 9.

Secundum dubium est quibus clericis secularibus extra Hispaniam interdicta sit assistentia taurorum agitatione? Constat ex Bulla Pij V. & Gregorii omnes & singulos qui beneficium Ecclesiasticum habuerint, vel sacris fuerint initiati? Sed an sufficiat beneficium, rametis exiguo redditus habeat? Non conuenient Doctores. Nam Stephan. Dauia de censur. 2. part. capite 5. disputat. 1. dub. 4. constat. 7. negat sufficere, quia praedictum beneficium, ac si beneficium non esset reputatur, cum ad horas Canonicas recitandas non obligetur. Sed oppositum censeret versus cum Bonacina tom. 3. de censur. disputat. 2. quest. 4. punct. 7. numero 5. quia beneficium ex quorum reddituum verum beneficium est. Et licet sufficiens non sit ad inducendam obligationem per sum horum singulis diebus recitandis, non inde potest insufficiens esse ad obligandum, ne his spectaculis beneficiarius affiat, quia recitatio horarum est beneficiarii munus, ob cuius exercitium beneficiarius ex fructibus beneficii alitur, quia beneficium datur propter officium. Si igitur beneficii fructus insufficientes sunt ad beneficiarii alendum, beneficium insufficientis est ad obligandum beneficiarii, ad continuam horarum recitationem. Quae ratio nullatenus procedit in priuatore ablineanti, ab his spectaculis, quae solum ob indecentiam clericalis status inducitur. Et confitmo, quodlibet beneficium quantumvis exiguum sufficit, ut beneficiarius fori priuilegio gaudeat, ut omnes fatentur. Ergo etiam sufficiens erit, ut beneficiarius spectaculis indecentibus priueatur, quia utrumque scilicet priuilegium, & prohibitory eandem cauam nempe ob honorem status clericalis inducitur. Notanter dixi extra Hispaniam, nam in Hispania soli Clericos regularibus haec assistentia interdicta est: nam Clemens VII. in suo Decreto loquens de Clericis, inquit: Clericos verb seculares beneficia Ecclesiastica obtinentia vel sacris ordinibus, seu in Ecclesiastica dignitate constitutis in dictis Hispaniarum regnis existentes, per praetentes moxemus, & exhortamus in Domino, &c. Non igitur praecepit, sed confitit. Tertium dubium est, an excommunicatio, quae clericis beneficiis habentibus, vel in sacris constitutis extra Hispaniam iniungitur, & in Hispania clericis regularibus sit ipso iure lata, vel per iudicem ferenda? Affirmat esse latam ipso iure Illiucius tract. 14. capite 7. quest. 8. num. 123. motus illa distinctione copulativa, similiiter prohibemus sub excommunicatione pena, quae denotat penam excommunicationis similem esse praecedenti, que ipso iure lata erat aduersus Principes, & communites permitteant in suis provinciis, terris, & locis taurorum agitationem, sed longe verius est non esse latam, sed ferendam per iudicem. Vti docuit Ludovicus Lopez instructor. consensu 2. punct. capite 3. 1. quest. 4. Gutierrez. lib. 1. canon. 99. capite 7. numero 17. Petri Nauarri. lib. 2. de restit. capite 3. numero 304. Rodrig. tom. 2. sum. capite 71. numero 4. Aula de censur. 2. p. capite 5. disputat. 1. dub. 4. Bonacina tom. 3. de censur. disputat. 2. quest. 4. punct. 7. numero 3. Villalobos 2. p. sum. tractat. 12. discussio. 20. numero 3. Nam illa verba sub excommunicatione pena, non sunt censuta ipso iure lata: ex dictione autem illa copulativa similiiter prohibemus, id non colligitur, quippe haec non referunt ad penam excommunicationis, sed ad prohibitionem, hoc est scilicet Principibus, & magistratus prohibitum est, ne in suis terris, & locis agitationem taurorum permitant, hic clericis, & religiosis assiliter prohibetur. Si autem Pontifex vellit, ut sub eiusdem pena prohibicio fieret, id exprimeret dicens. Similiiter prohibemus sub eiusdem pena politis. Quiniod addens sub pena excommunicationis, neque exprimens largi sententiae, manifeste indicavit non esse ipso iure latam, sed ferendam. Adde hanc explicationem benignioriem esse, que in decreto penaliter tempore praeferebatur est.

²³ Vigesimaliter continetur in Bulla Cœna Domini aduersus prelumentes absoluere delinquentes a censura, incuris ob delicta in Bulla Cœna Domini contenta. Inquit enim Ponit sex. Quid si forte aliquis contra tenorem presentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueaxis, vel eorum aliqui ab solutionis beneficium impendere de facto praesumpiente, eos excommunicationis sententiā innodamus, quae excommunicatione reseverata non est, ut probauimus hac dispositio. Bonac. disp. 1. de censur. q. 22. p. 22. & videri potest.

DISPUTATIO IV.

De Suspensione.

A M E T S I hæc vox Suspensio, strictè & in igitore lumpa, significet incertitudinem, ut probat Ambros. verbo suspensio: ac ex his Canonici interpretatione translatâ est ad significandam priuationem cuiuslibet actionis, & officij, iuxta Clementem cupientem verbo de Panis, ubi prohibet: o ab officio aduocationis, & notaria suspensio inveniatur: & in Trident. sess. 22. c. 10. de reformat. Episcopus prohibens notariis, ne sua officia exercerent suspendere dictur suspensionis. Hæc tamen acceptio latissima est, ut ipso communis tam actibus secularibus, quam Ecclesiasticis, Strictius sumitur pro probatione exerciti spirituali, vel spiritualibus annexi, ut in cap. quatuor. cap. fin. de oblatione, etc. rucor. & mulier. Exstet enim in peccato mortali, adus facti prohibentur. Verum in praesenti suspensiō non ita latè sumitur, sed pro probatione exerciti potestatis Ecclesiastice, & secundum hanc acceptiōē eius naturam, causas, & effectus enodabimur.

P V N C T V M I.

Quid sit suspensio, & quotuplex.

- 1 Definitur suspensio, & qualiter ab aliis censuris diffinet?
- 2 Clerici tantum affectiuntur suspensiōe.
- 3 Triplex est suspensiōe, & declaratur hac diuisio.

M Ultiplicem definitionem Doctores suspensiōis effingunt, ea est clarior, brevior, magis recepta quam traditur communiter Doctores. Nauart. cap. 27. num. 151. Suar. t. 5. de censur. disp. 2. 5. sect. 1. num. 2. Sayrus lib. 1. fin. cap. 1. num. 1. 3. Aula de censur. 3. p. disp. 1. dub. 1. Henric. lib. 13. cap. 2. 1. num. 2. Coninch. disp. 15. dub. 1. Bonac. t. 1. disp. 3. 4. suspensio. 1. num. 2. Paul. Layman. lib. 1. sum. tractat. 5. para. cap. 1. Gaspar. Haraldo tract. de suspensiōe difficult. 1. Videbet suspensiō est censura Ecclesiastica, qua minister Ecclesie tollerat impeditus in functiones Ecclesiasticas exercitat, aliquæ potestate viratus. Dicitur censura Ecclesiastica, iuxta Texum in capitulo, de veteri, significat, quia est pena medicinalis. Et secundum hanc partem concunit suspensiō cum excommunicatione, & interdicto, siquidem omnes sunt censuræ, & functiones Ecclesiasticas impeditum. Dicitur vero ab illis, & ac omnibus aliis quae non sunt propriæ censuræ, ut ab irregularitate, depositione, & degradatione in modo quo his omnibus priuat. Nam excommunicatione esto prius ministerium Ecclesie, ne functiones Ecclesiasticas exercitat, aliave potestate viratus: hoc enim solum est quatuor haec functiones Ecclesiasticae sunt quædam cum fideliis communicationes, à qua communicatione exclusus est excommunicatus: at suspensiō his functionibus priuat, non quatuor participant rationem communicationis, sed quatuor sunt vii alii potestatis Ecclesiastici provenientis ab officio, vel beneficio. Insuper excommunicatio pluribus priuat, quam suspensiō, ut de se constat, excludit non solum Ecclesiasticas personas, sed etiam laicos, secus suspensiō. Ab interdicto autem differt, quia interdictum priuat receptione aliquorum sacramentorum, Ecclesiasticae sepulchrae, & officiis diuinis, a quibus suspensiō priuat non est. Deinde etiā interdictum priuat administrationem sacramentorum; non priuat illa quatuor est vii cuiusdam spiritualis potestatis, sed quatuor est communicatio quædam, & quasi copertura illius. Vnde ut notant Doctores teste Suarez disputat. 2. 5. sect. 1. numero 5. interdictum priuat est, ne posse alieni sacrae functioni interficeret, non solum exercendo spirituale iurisdictiōem, sed nec cooperando ei, aut ministrando aliquo modo, cum tamē suspensiō non priuat illo ministerio, quod laicos exercere potest in Missa sacrificio, aut sacrae crumentorum administratione. Et hinc oritur alia differencia suspensiōis ab interdicto, sicut ab excommunicatione, nam interdictum sicut excommunicatione afficit quilibet personam fideliem; at suspensiō requirit necessarium esse personam Ecclesiasticam, hac enim sola est quæ potest Ecclesiasticas functiones exercere.

Aliquis Doctribus placet sub persona Ecclesiastica comprehendi feminas religiosas, quibus iurisdictio spiritualis commissa est, vix Abbatissis, & Priorissis, has enim posse suspensiō ab officio propria suspensiō docuerunt Nauart. cap. 27. num. 151. & 1. 8. & § 7. num. 159. Henric. lib. 13. de excommunicatione. cap. 3. 1. numero 2. Elliae. lib. de censur.

rit de suspensione, cap. 9. & indicat Laymat. lib. 1. sum tract. 5. pars. 3. cap. 1. num. 2. Nam esto clerici nos sint, sunt persona Ecclesiastica iurisdictionis Ecclesiastica capaces. Sed rectius reliqui omnes Doctores teste Gregorio de Valen. tom. 4. dis. 7. q. 18. p. 1. pronunciat. 1. Sayra lib. 4. thesauri. cap. 1. num. 16. Suar. dicta. set. 1. num. 5. Coninch. disp. 15. dub. 1. num. 2. & dub. 3. num. 18. & 21. afferunt solos clericos offici suspensione posse, cum ipsi tantum capaces sint offici, & beneficij Ecclesiastici fundaciones exercendi, etenim iurisdictione que Abbatialis commissa est, non est propriè iurisdictione Ecclesiastica, cum non ex ordine Ecclesiastico proueniat; alia suspensionem ab officio violantes, irregularitatem incurrent, qua transgressoribus suspensionis ab officio indicta est, o. s. cui, de sententia excommunicatis in 6. & cap. 1. de sententia, & re iudicis, eadem lib.

Quoad diuisionem attinet triple est suspensio, alia ab officio, alia a beneficio, alia ab utroque simul. Solùm adierto l' suspensionem aboluisse latam comprehendere suspensionem ab officio, & beneficio, quia non est vnde limitatiorem accipiat, & cur potius de officio, quam de beneficio intelligatur. Vt docet Henr. lib. 1. sum. cap. 3. Toler. lib. 1. cap. 43. num. 7. Aula 3. p. disp. 2. dub. 1. concl. 2. Suar. disp. 25. set. 2. num. 9. Coninch. disp. 1. 5. dub. 1. num. 4. Paul. Layman. lib. 1. sum tract. 5. par. 3. cap. 1. num. 2. Suspensione qua' simus ab officio, beneficio suspendit appellari debet simpliciter, talisque vero tantum suspendit ab officio, vel beneficio parvissimi dici potest. Suspensione ab officio si absoluta sit omni spirituali officio tum ordinis, tum iurisdictionis, & Ecclesiastica administrationis priuat. Parvissim vero ex eo dicuntur, quia aliquam functionem impedit vel ordinis, vel iurisdictionis, vt constat ex cap. sane, et 2. de officio delegari, & cap. 2. codem it. in 6. & ibi Glossa. Idem est de suspensione a beneficio si integra sit priuata omni illius administratione, & fructuum perceptione: ac si parvissim fuerit priuata potest à certò beneficio, vel illius parte, scilicet ab his, vel illis fructibus percipiendis. Deinde suspensione alia est absoluta, seu absque vila temporis determinatione, alia determinata, seu pro determinato tempore late, de qua diuisione sunt plures textus in iure. Solùm adierto l' suspensionem pro determinato tempore non esse proprie censuram, quia tantum apponitur in penam delicti commissi, id est quo clauso termino pro quo imposita est, cessat absque alia abolitione, ut optimè nota te. Toler. lib. 1. sum. cap. 46. num. 1. Suar. t. 5. de censur. disp. 2. 5. set. 1. num. 3. pof. medium. & disp. 26. set. 1. num. 14. Idem tradunt Glossa, & Doctores in Clement. de Decimus, verbo donec, & in capite facio, verbo per mensuram, de sententia excommunicare. Innocent. & Abbas in cap. cim. bona, de statu, & qualitate. Secùs vero est & Doctores in Clement. 1. de Decimus, verbo donec. & in cap. de suspensione absolute, quae de se perpetua est, id est que contraria indiger absolutione, ut cellet. Tandem suspensione alia est à iure, alia est ab homine. De qua diuisione tatis disput. 1. minus tractatus diximus.

PUNCTVM II.

Qui suspendere, quive suspendi possint.

1. Suspensionem à iure solus summus Pontifex ferre potest.
2. Episcopus sine capitulo bene potest suspensionem ferre, eti spēcato iure antiquo contrarium esset dicendum.
3. Conditions requisiæ in ferente suspensionem eadem sunt, quæ pro ferenda excommunicatione requiriuntur.
4. Solus clericus suspendi potest.
5. In suspensione à iure generaliter lata, non comprehenditur Episcopus, etiam confessor non sit.
6. Suspensione generaliter lata adiutus omnes clericos religiosi clerici comprehenduntur.
7. Qualiter suspensione in communitatem ferri possit.
8. Semel suspendi potest et rursum suspendi.
9. Disfunctus capax non est huius censurae, tametsi ob suspensionem precedenter priuari possit beneficio fructibus.

Suspensionem à iure latam solus iuris conditor fert. Suspensionem vero ab homine qui potestatem habet excommunicandi fert plenaria potest, quia regulariter potest pro omnibus censuris ferendis committitur, eo quod omnes censurae ad eundem finem referantur, & se mutuo iument ad comprehendendam rebellium contumaciam: vt tradit Sylvest. verbo suspensi 1. num. 2. Nodar. cap. 27. num. 59. Sayra lib. 4. thesauri. cap. 2. num. 1. Suar. disp. 28. set. 1. num. 2. Toler. lib. 1. cap. 13. Henr. lib. 13. cap. 35. numero 1. Vgolin. tab. 4. capite 1. Nulla tamen est repugnancia, quia sola potestas suspendendi absque potestate excommunicandi, vel è contra alicui concedatur, cum sine

censura diversa: vti notavit Suar. dicta set. 1. numero 2.

Iure antiquo Episcopus sine capitulo suspendere non poterat, iuxta textum in cap. penult. 15. q. 7. & subdatur ibi immat fore sententiam Episcopi, nisi praesentia clericorum firmeatur. Hoc tamen decrecum affirmat Suar. dicta disp. 28. set. 1. num. 14. non est in viu, neque ab inuenienti Ecclesia receptum, fuit enim Concili provinciali Carthaginense. 4. Postea vero Alexand. III. in cap. 1. de excessib. praelator. mandat ne Episcopus sine iudicio capituli Presbyterios attinet suspendere, vel Ecclesiasticos interdicere. Hic textus non loquitur de omnibus clericis, sed solùm de Presbyteris, quos prohibet suspendere, vel eorum Ecclesiastis interdicere absque consensu capituli; non tamen irritat suspensionem latam absque tali consensu. Præterea (vt benè tradit Suar. loco citato, cum communis sententia (textus loquitur de suspensione lata tantum in vindictam delicti commissi, non de suspensione qua est censura, & medicinalis pena. Ego vero addo illam lalementatorem coensem capituli pro ferendis censuris suspensionis, & interdicti adiutus clericos coniuncti abrogatam esse. Videmus enim passim Episcopos absque viu capitulo consensu requisito penam suspensionis in clericos profectos ut adiutent Panormit. in dicto cap. 1. & Suar. disp. 28. set. 1. n. 4. in fine.

Conditiones autem requisita in ferente suspensionem sunt eadem que pro ferenda excommunicatione requiruntur, quæque explicitius, cum de censuris in genere sermonem fecimus. Primo namque deber est clericus. Nam esto Sylvest. verbo Abbatis, & verbo suspensi 1. & Henr. lib. 13. de excom. & suspensi. 35. n. 1. cœlant Abbatissam suspendere posse clericos Ecclesiastum sibi subditarum. Argum. cap. dilecta de maior. & obedient. Communis tamen sententia, quam sequitur Glossa in dicto cap. dilecta, verbo iurisdictionem. Innocent. & Panormitan. ibi. Vinald. tract. de suis. num. 15. Sayra lib. 4. thesauri. cap. 2. num. 9. negat suspensionem ab alio quam à clericis fieri posse, quia est actus iurisdictionis Ecclesiastica, que solùm clericis concueire potest; suspensionem nonnamq. latam ab illa Abbatissa in dicto cap. dilecta, non esse suspensionem propriam, sed prohibitionem. Quod non leviter colligitur, ex eo quod Pontifex non præcipiat Episcopo cui rescriptit, vt suspensionem Abbatissam latam ferare faciat, sed vt per censuram compellat subditos Abbatissæ præceptis obediens. Signum ergo est suspensionem ab Abbatissa latam non habuisse rationem censurae, sed solùm ciuidam prohibitionis. Secundò debet iurisdictionem in foro extero non habere, comparatione illius quem suspendere intendit ut constat ex his quæ diximus disp. 1. Tertiò hanc iurisdictionem expeditam debet habere, quare si aliqua censura ligatus existat nequit suspensionem ferre, non solùm licet, sed nec valide, si censura illa denunciate sit: ar seclusa denunciatione peccabit ferens censuram, nisi sit ad instantiam partis, ut adiutent Stephan. Daula 3. p. de censur. disp. 4. dub. 1. concl. 3.

Quoad personas vero in quas suspensione ferenda est, necessario clericum esse debere fitiat communis sententia, cum Glossa in cap. quinqueverbo ministros, de sententia excommunicat. in 6. Innocent. in cap. 10. de excessib. prælator. Panormit. in cap. 1. p. 10. de criminis falsi. Nauart. cap. 27. num. 150. & sequentib. Suar. disp. 28. set. 2. num. 1. Aula 3. p. disp. 1. dub. 1. concl. 1. & alii. Etenim cum suspensione necessario verbi debeat circa officium, vel beneficio Ecclesiasticum, quorum laici incapaces existunt, efficitur in solos clericos suspensionem ferri posse. Quod si in Extravagade censibus inter communis, & alibi suspenduntur laici à communione Eucharistie, non fertur ibi suspensione propria, sed est quædam pars excommunicationis maioris, quæ priuata vla. plusivo sacramentorum.

Dices suspensionem ab officio priuare non solùm exercitio ordinis iam obtinet, sed obtinet, & suspensionem à beneficio priuata beneficio; non solùm obtinet, sed etiam obtinetendi. Ergo quod est. Etiam scilicet beneficio consecutionem, & ordinis receptionem, poterit laicus suspendi, siquidem per hanc potest, ne beneficium consequtatur, nœve ordinis recipiat? Respondeo suspensionem per se non priuare beneficio, vel ordine acquitendo, sed consecutione quædam quatenus ex priuatione vla ordinis habiti, nœvem priuatione in vtero ordinem ascendendi. Præterea insignitus prima tonsura, capax est ordinis, & beneficij recipiendi, ac proinde ab illis suspendi potest. Secùs autem receptionem primæ tonsuræ, cùm illorum incapax existat.

Ex clericis vero quilibet, quæcumque dignitate præfugeat suspendi potest. Sub decreto autem generali suspensionis Episcopi non comprehenduntur; nisi de ipsis fiaæ expressa mentio, ex cap. quia periculorum de sententia excommunicat. in 6. Et idem cauetur de interdicto. Secùs est de excommunicationis censura, vt tradit ibi Glossa communiter recepta, teste Nauart. cap. 27. num. 163.

Ob quam causam suspensio ferenda sit?

1. Aliquibus placet suspensionem ob culpam alienam fieri posse.
2. Verius est oppositum.
3. Satis oppositum argumentum.
4. Nequit fieri suspensio, ut communiter fertur ob culpam leuem.

ALiquibus placet suspensionem ob culpam alienam fieri posse ductus ex eo quod communitate suspensi ab officio vel beneficio singulare personae etiam in culpabiles suspenduntur: sicuti interdicta communitate innocentiae interdicuntur. Secundum in cap. vel non est tempore, 14 de temporib. ordinat. puer ordinatus diaconatu anno etatis sue 13, suspenditur ab officio diaconi usque ad legitimam etatem non ob propriam culpam, sed in iniuriam ordinantis. Tertio in cap. 1. de ordinatis ab Episcopis, qui Episcopatu renunciant, caeteri suspensi esse debere ab officio, quousque legitimus Pontificis dispenset, tametsi ignoranter praedictos ordines suscepissent.

Ceterum communis sententia affirmans suspensionem quae propriè persona est, priuans iure quæstio proprio, nullatenus contrahit ob culpam alienam sed ob propriam, ut traditum Nauarti, cap. 27. num. 1; Henr. lib. 13. cap. 34. num. 1. Sicut disput. 28. sect. 4. num. 3. Stephan. Daula 3. part. 3. dub. 3. conclusio 2. Sanch. lib. 9. disput. 22. num. 9. Coninch. disput. 1. dub. 3. Galfr. Hurtado trad. de suspensi. difficult. 9. Paul. Layman. lib. 1. trad. 5. cap. 9. part. 3. Et colligitur ex cap. 1. suspensum, 6. dist. & ex cap. 2. de constitutione lib. 10. Rem quae culpa care in dictione vocare non convenit. Et in cap. de his que sunt à magno parte capituli, vbi dicunt peccata hos autores tenere debent, neque persona est veteris protractionis, quād delictum fuerit in excedente, quia iniquum est innocentem penas nocentes debitas sufficiere.

Neque argumenta opposita videntur. Ad primum concedo;

suspensa communitate suspendi tam nocentes, quam innocentibus illis, non quidem quæd se, & secundum munus quod singuli, vt personæ particulares exercere possint, sed tamquam quod actions totius communitatis quæ deliquerit, & cuius ipsi sunt membras. Quod non est singulare communis puniri, sed communitatem ipsam delinqentem. Neque in interdicto innocentibus puniuntur, sed Ecclesia nullas ob causas sua beneficia, & officia subtrahit tam nocentes, quam innocentibus. Ad secundum respondet illam non esse propriam penam, & censuram, sed quandam probationem, quæ ad irregularitatem reductur ob imprudentem & inhabilitatem quam quis habet cum officio ordinis excedendo ante etatem legitimam, cuius decentia, & reverentia in dicta prohibitione consulitur. Quapropter Panormian. in dicto cap. non est tempore, num. 4. distinguunt duplex suspensionem aliam ob defectum, aliam ob crimen, & suspensionem: ob defectum affirmat non esse propriæ censuram, neque ob illius violationem irregularitatem incurit. Secundum respondet de suspensiōne ob crimen contrafacta. Sicut traditum Dominic. in cap. Apologetica, 56. dist. Couartu. Clement. si furiosus. 1. p. §. 1. num. 4. Salcedo. præl. cap. 26. lit. B. Sicut disput. 23. sect. 4. num. 5. Ad tertium respondeo sic ordinariam manere suspensionem, seu impeditum exequi officium ordinis recipi, quousque Episcopus declarerit ignorante suscepisse ordinem ab eo qui Episcopatu renunciavit, & usque ad talem declarationem ordinatus dici potest suspensus non suspensione propria, quæ sit censura, sed probationes & præcepto, quia indiger purgatione ob præsumptionem criminis. Qua purgatione facta legitimus Prælatus declarat non esse suspensus, & ratione huius declarationis dicitur Prælaus dispensare, non quia propriè dispenset, sed quia ea declaratione facta relinquitur ordinato libera facultas ordinem suscepsum exercendi. Secundum respondeo ob defictum ordinantis, & in illius iniuriam, & confusionem potest prohiberi sic ordinariam exequi proprium officium. Argumentum non est tempore, de temporib. ordinat. & cap. determinatio 16. quæ 7. ut inde aperte colligatur quantum deliquerit ordinis, cum necesse sit ob eius culpam ordinatum ab officio remoueri.

Sed an ob culpam leuem suspensio iniungi possit? Non convenient Dolores. Nam Caetan. in summa verbis suspenso. Armilla codem in princ. Nauarti. cap. 27. num. 15. & 19. O. 16. Medina in summa lib. 1. cap. 11. §. 8. Henr. lib. 13. cap. 34. num. 1. Aula 3. p. disput. 3. dub. 3. conclusio 1. affirmant veniale culpam sufficere, quia hæc sufficit ad excommunicationem minorem, que videatur grauior peccata, quam suspensio, cum priuari maioribus bonis iuris et sacramentorum viis & receptione. Ceterum si de suspensiōne loquamus, ut communiter fertur, neque à iudice ob leuem culpam inficitur, neque in iure imposita est: ut bene docet Sotus in 4. d. 22. quæst. 3. art. 1. colum. 2.

Sed an Episcopi electi, & confirmati, sed non consecrati comprehendantur; difficultate non carerit: eo quod his Episcopis non competat Episcopale manus exercere, quæ fuit ratio eximendi à sententia generali suspensionis, & interdicti Episcopos. Addit neminem dici propriè Episcopum quousque consecratus sit, sicut nec sacerdos, quousque presbyteratus ordine sit insignitus, tametsi ad presbyteratum fuerit approbat. Sed verius est quod docet Suar. disput. 28. sect. 3. num. 7. Paul. Layman. lib. 1. summa 5. part. 3. cap. 2. Sayrus lib. 4. cap. 12. num. 1. & seqq. Gaspar Hurtado trad. de suspensiōne, difficult. 9. num. 23. Henr. lib. 13. cap. 34. num. 2. Episcopum electum, & confirmatum, tametsi consecratus non sit praedicto exemptionis privilegio gaudere, siquidem alia privilegia concessa Episcopis ad confirmationem, & non consecratum extenduntur: vti est privilegium de eligendo confessori, cap. ult. de penitent. & remissione, & privilegium altaris viatici, cap. fin. de Priviliegis in 6. Praterquam quod privilegia concessa à Princeps, & maxime infra in iure communione latè sunt interpretanda. Neque ratio dubitandi virget, quia illa ratio exercendi officium Episcopale solū fuit motiva, & impulsiva ad privilegii concessionem, non tamen fuit ad laetitiam, & finalis concessionis. Hæc enim causa principia est dignitas Episcopalis qua gaudet Episcopus noudum consecratus. Argum. cap. si compromissarius, de electione in 6. vbi in sententia generali suspensionis à beneficio tantum non comprehendunt Episcopos, esto per illam suspensionem non priuatis ab executione Episcopali offici. Quinimo hoc privilegium extendunt Sayrus, Henr. Layman. Hurtado loca allegatis ad Cardinales ob eorum excellentem dignitatem, ob quam privilegia Episcopis concessa, censeatur & ipsi concedi.

6. Secundum est dubium, an sub suspensiōne generaliter lata aduersus omnes clericos, religiosi comprehendantur? Et quidem si prima tonsura initiati non sunt, nō comprehenduntur, quia non sunt clerici, esto aliquo modo personæ. Ecclesiastice oecupentur, iuxta se, id est in Clem. de vita, & hominibus clericor. distinguuntur clerici à religiosis. Et si religiosi prima tonsura initiati fuerint, esti aliquibus placeat sub constitutione generaliter lata aduersus clericos non comprehendendi, probabilius oppositum existimo cum Suar. t. 5. de censur. disput. 28. sect. 2. num. 9. quia nomen clerici indifferens est ad saeculares, & religiosos, vt constat ex dicta Clement. ibi. Sæculares clerici, & religiosi. Ergo suspensiō lata aduersus omnes clericos comprehendit religiosos clericos, quia nulla adeſt ratio ob quam existimat.

7. Tertiò est dubium, qua ratione suspensiō in communitatem feratur; Posse communitatem suspendi quatenus communitas est ab officio conferendi beneficii conflat ex cap. unico. Ne sede vacante in 6. & ex cap. Romana, cap. si sententia, de sententia excommunicat. in 6. Quod caput esto loquatur de interdicto, ad suspensionem extendi debet, quia eadem est ratio, vti traditur in Trident. sess. 24. cap. 16. de reform. vbi capitulum Sede vacante non constitutis economum, & vicarium tempore, & modo ibi præscripto, priuat facultate constituti illos ministros, quod est ab illo manere pro illa vice suspendi. Secundum suspensiō capitulum potest ab officio, & exercitio ordinis, ne scilicet Sede vacante confessores creder. Episcopos vocet ad ordinis conferendos, quia sunt munia capitulo competentia. Tertiò potest suspensiō tam capitulum Ecclesiarum, quem monasteriorum à beneficio; vt colligatur ex cap. quia quoniam de electione in 6. & ex Extrauag. 1. de electione, que suspensiō priuat capitulum fructibus beneficij, & impedit ne suos faciat. Si vero sit suspensiō ab officio, priuat vnu iurisdictionis, & impedit potesta denunciatio ne, ne sint validi actus à suspensiō exoriat. Quartò suspensiō capitulum potest, non quatenus communitas est, sed quoad singulare personas, quæ culpabiles inueniantur, vt habeatur expeditus in cap. quia sive, de electione in 6. vbi singulare personæ bona Prælati defuncti, vel ipsius Sedi occupantes, & inter se diuidentes suspensiōnem ab officio, & beneficiis quibuscumque subiecti sunt, quousque restituerint quidquid de bonis percepserint supradictis.

8. Ad hæc reducitur, an semel suspensiō possit iterum suspendi? Et certum est posse non solū quando suspensiōnē sunt diuersæ, sed etiam quando sunt eiusdem rationis, si multiplicantur causa, & tituli, vt de excommunicatione diximus.

9. Defunctus vero capax non est huius censuræ, sicut neque excommunicationis. Verum quæ ratione priuari potest Ecclesiastica sepultra ob excommunicationem præcedentem, sic priuari potest fructibus beneficij, quibus post mortem frui debet, proper suspensiōnem in vita contractam: quod nihil aliud est quam effectum suspensiōnis, vel excommunicationis post mortem extendi.

colom. 2. Suar. disp. 2.8. 2.9. 4. num. 6. Gab. Vazq. 1.2. disp. 1.5. 8.
num. 49. Coninch. disp. 1.5. dub. 3. concil. 2. num. 24. Galpar.
Hurtado tract. de censur. difficult. 7. num. 1.9. Paul. Layman.
lib. 1. sum. tract. 5. p. 5. cap. 3. Sanch. lib. 9. disp. 3.2. num. 9. quia
suspensio ex le graue malum est; ideoque grauem culpam
supponere debet. Neque obest excommunicationem mino-
rem bonis excellentioribus priuatae; quia illa priuatio facile
tolli potest, cum quilibet sacerdos possit illius absolutorio-
nem impendere, quod in suspensiōne non procedit. Pra-
terquam quod sapientē inducit dāmnum irreparabile, & non
nullam infamiam secūrum affert. Notauerū dixi, communiter
fuerū: nam aliquantū suspensiōnem ad modicum tem-
pus probabile est à iudice infligi posse ob culpam leuem,
vt notarunt Sanch. Coninch. Hurtado. Layman. loc. alle-
gatis.

P V N C T V M IV.

Quæ forma seruanda sit in suspensiōne fe-
renda?

- 1 Nulla est prescripta forma pro suspensiōne ferendā.
- 2 Precedere debet monitio.
- 3 Debet ferri in scriptis, & exprimi causa ob quam impon-
itur.

Pro suspensiōne nulla est præscripta forma verborum, sed
ea verba requiruntur, quæ sufficienter declarant hunc
efficiuntur notariū Navarr. 1.27. n. 161.

Semper tamen precedere debet monitio, si suspensiō ad
correctionem delinqūtientis, & ad illius consumaciam repre-
mendam feratur, vt alii relatis tradi Navarr. cap. 27. num.
159. Gregor. de Valencia. 1.4. disp. 7.9. 18 puni. pronunciato 7;
qua Ecclesiæ constare nequit de consumaciam, & inobe-
dientia aliquicui, nisi prius illum moneat. Ideoque latius
probabile est censurū suspensiōnē ferentem abfque moni-
tione suspensiō esse per mensē ab ingressu Ecclesiæ, &
censuram esse nullam, vt docuit Henrīq. lib. 1.3. cap. 19. num.
4. Suar. disp. 2.8. 2.9. 4. num. 2. Aula 3. part. 4. p. 3.
dub. 1. concil. 3. & probatur ex c. sacro, de sententiis excommuni-
cacionis, vbi excommunicantū abfque monitione per mensē
ingressus Ecclesiæ interdictūt. Sed excommunicatio, sus-
pensiō, & interdictūt paria sunt. Argum. o. cum medicinalis
sententia excommunicacionis 6. Ergo pœna latia ob impon-
itionem excommunicacionis abfque monitione ad suspensiōne, & interdictūt extendi debent. Verū quando suspensiō ferri
in puram pœnam delicti commissi, monitione non indiget, vt bene adiuvetur Navarr. Suar. Aula locū relati-
tu, & manifestè constat ex cap. tam litteras de testibus, vbi
suspensiō Pontificis quendam presbyterum ad cuius suspensiōnē
ferendam nullam præmitit monitionem. Et in cap.
Romana de sententiis excommunicacionis 6. post factam mentionem
excommunicacionis, suspensiōnis, & interdictūt subditur de so-
la excommunicacione nunquam ferri sine monitione. Ergo
tacitè indicatur suspensiōne, & interdictūt aliquando sine
monitione ferri posse.

Vt autem debito modo suspensiō feratur, debet ferri in
scriptis, & exprimi ibi causa ob quam imponitur; in superque
instrumentum debet dari suspensiō, si illud expostulet. Argum.
Textus in cap. 1. de sententiis excommunicacionis. In 6. Etrae
Navarr. 1.27. num. 1.9. Aula 3. p. de censuris, disp. 3. dub. 1. con-
cl. 3. Suar. disp. 2.8. 2.9. 4. num. 3. Quibz si index huius confi-
tutionis temeraris exitior violator per mensē vnum ab
ingressu Ecclesiæ, & diuinis officiis suspendiatur. Superior ve-
to ad quem recurrunt sententiam sua difficultate relaxare
debet, & latore ad expensas, & omni intereste condonare,
& alias animaduersione condigna punire; vt pe-
na docente dicantur indices quād graue malum sit
sententia excommunicacionis, suspensiōnis, & interdictūt si-
ne debita maturitate fulminare. Vt habeatur in dicto cap. 1.
de sententiis excommunicacionis. In 6. Ex quo sit transgressorum hu-
ius confiitutionis graue peccatum committitur. Si-
cū adiutet Angel. verbo suspensiō numero 16. syllogis.
eodem. num. 6. casis 1.5. Henrīq. cap. 3.9. num. 4. Aula suprà. con-
clus. 3.

P V N C T V M V.

De effectibus suspensiōnis.

Cum suspensiō alia sit ab officio, alia à beneficio, alia
ab veroque, & quilibet ex his diversos effectus ha-
beant operes pretium est de quilibet sigillatim sermonem in-
staurare.

§. I.
Quos effectus habeat suspensiō ab
officio?

- 1 Suspensiō ab officio absoluē lata, suspendit ab omni
officio tam ordinis, quam iurisdictionis spiritualis
læ.
- 2 Suspensiō ab officio nequit licet eligi ad beneficium Eccle-
siasticum.
- 3 Etius collatio irrita est; eti contrariū plures do-
ceant.
- 4 Affirmant aliqui suspensiō ab officio, esse à beneficio sus-
pensum.
- 5 Contrarium verius est.
- 6 Plures negant debitus fructus beneficii suspensiō ab officio Sa-
cramenti ordinis ministri; aliaque diuinā officia
exercēti.
- 7 Verius videtur oppositum.
- 8 Satisfit contraria fundamentis.
- 9 Suspensiō ab officio vocem habere potest in capitulo; eti ali-
quæ contraria censeant.
- 10 Suspensiō ab officio determinata lata, extra illam materiam
extenditur.
- 11 Suspensiō ab ordine absoluē priuatus est eti in cinquem ordinis
vsi.
- 12 Suspensiō ab ordine non est suspensiō à iurisdictione.
- 13 Suspensiō à determinata ordine, priuatus indirecte est ab
vsi alterius ordine predicto annexi.
- 14 Communis sententia firmat suspensiō ab ordine inferiori à
maiori suspensiō esse.
- 15 Contrarium verius censeo.
- 16 Episcopus suspensiō à collatione inferioris ordinis, à su-
periora censurū suspensiō, iuxta plurium senten-
tiam.
- 17 Probabilis est oppositum.
- 18 Satisfit fundamentis contraria.
- 19 Ex suspensiō iurisdictionis non priuatur suspensiō vni or-
dinum.
- 20 Suspensiō iurisdictionis determinata non extenditur ultra
designatam materiam.

Si suspensiō ab officio absoluē lata sit nulla restrictione *
apposita, suspendit ab omni officio tam ordinis, quam iur-
isdictionis spiritualis; quia hæc omnia sub nomine officiū
veniunt; vt ex communī notariū Suar. disp. 2.6. set. 1. num. 4.
Aula 3. p. de censuris, disp. 2. dub. 1. conclus. 5. Tolte. lib. 1. cap. 4.5.
num. 6. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. part. 3. cap. 1. n. 3. Coninch.
disp. 1. dub. 2. num. 5. Quocida sic suspensiō non poterit ad-
ministrari sacramenta, neque celebrare, neque indulgentias
concedere, neque eligere, quia hæc omnia pertinent ad officium
clericale, bene tamen poterit recipere sacramenta, in-
gressi Ecclesiæ, assistere officiis diuinis, canere in choro mo-
re laicorum, ac denique vi qualibet iurisdictione temporalis;
sit illa habeat tamēt in sententiis exprimatis quod suspensiō
sit ab officiis diuinis, & iurisdictione, quia intelligi debet de
iurisdictione Ecclesiastica, de officiis diuinis prout à clericis
quatenus tales sunt exercēti, vt docet Abbas cap. vii. de
citorio excommunicati, ministri. Navarr. lib. 5. consilior. iti. de sen-
tentia excommunicati. consil. 64. Suar. disp. 2.6. set. 3. num. 9.
Aula 3. p. disp. 2. dub. 1. conclus. 6. Coninch. disp. 1.5. dub. 2. con-
clus. 1. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. part. 3. cap. 1. num. 2. &
colligitur ex cap. 1. de sententiis, & re indicata, vbi dicitur
suspensiō à diuinis prohibiti exercere officium hinc prius
& incurrere irregularitatē suspensiōnem violando. At certum
est non incurrite irregularitatē, nisi solemater exercet
aliquem actum ordinis deputatum, ergo ab illius exerci-
cio tantum priuat.

Dificultas est, an suspensiō ab officio possit ad
beneficium eligi? Affirmat non solum validē, sed licet eligi
posse Galpar. Hurtado tract. de suspensiōne difficult. 4. num. 8.
dubius ex textu cap. vel non est compōs. de Temporib. ordinacionis.
vbi mandatur de beneficio Ecclesiastico provideri ordinato
ante legitimam ætatem. Sed meritò aliqui omnes Doctores
consent illicet predicto suspensiō etiā tolerato beneficium
Ecclesiasticum conferri. Vi videatur est in Henrīq. lib. 1.3. c. 32.
num. 3. Aula 3. p. disp. 2. dub. 1. conclus. 5. Paul. Layman. lib. 1.
sum. tract. 5. p. 3. cap. 1. num. 3. Coninch. disp. 1. dub. 2. conclus. 3.
quia beneficium datur propriū officium, cap. fin de Recri-
ptis in 6. ergo impedito officium exercere méritō denegatur
beneficium. argum. cap. vols. de clericis excommunicati, ministri. Ne-
que obest textus in cap. non est compōs; quia illa non est pro-
pria suspensiō, sed prohibitiō, & præceptum, ne ante legiti-
mam ætatem ordinem receptum exercet, & casu quo suspensiō
esset, non est suspensiō absoluta, sed pro determina-
to tempore, ideoque non impedit beneficij collationem;

etiam

cuius officiam illo tempore suspensionis non est necessarium exercendum.

3 Sed an collatio beneficii facta suspenso irrita sit, vel veniar irritanda, dilectiorum Doctorum. Nam Abbas cap. v. vel non est compos. num. 4. de temporibus ordinat. Suar. disp. 1. 6. sect. 3. num. 8. Couinch. disp. 1. 5. dub. 2. conclus. 3. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 3. c. 1. num. 4. Gaspar Hurtado de suspenso, diff. 4. num. 8. negant esse irritam, sed ventre sit tandem quia nullus est texus ex quo irritatio ipso iure colligi possit. Sed contrarium verius existimat cum Glossa cap. cum bona memoria, verbo suspenso, de statu, & qualitate. Ecce c. cum dialectis, verbo cassanib. de consuetud. & cap. per inquisitionem de electione. Nauarr. Flamin. Lessio. Bertachino. & alii pluribus, quos reserfer, & sequitur Nicol. Garcia de venefic. p. cap. 14. num. 1. & seqq. vbi variis decisionibus Rotae hanc sententiam comprobatur Bonac. t. 1. disp. 3. de suspen. punct. 2. num. 13. Mouer ex textu in c. cum bona memoria de statu, & qual. vbi responder Pontifex de his qui durante suspenso beneficia consecutu sunt, non licet a retinere, praecepsque illas praedictas beneficia spoliari. Signum ergo est collatione auctoritate fuisse; alias licet illa beneficia retinerent, quod ob que indicat verbum spoliare, quod solum conuenit ei qui cum usurpatam habet. Idem colligetur ex dicto cap. cum duebus. Et cap. per inquisitionem.

4 Granior dubitatio est an suspensus ab officio sit etiam à beneficio suspenso; Nam Glossa in c. labores, verbo ab officio de clericis excommunicat. min. strata. Paludan. in 4. disp. 18. quest. 7. art. 3. conclus. 3. Bernard. Diaz. prael. crimin. cap. 73. num. 2. Nauarr. lib. 1. confil. in 1. edit. rit. de tempore, ordinat. confess. 1. Gregor. de Valen. t. 4. aist. 7. quest. 18. p. 1. pronuntiatio. 2. censem suspensum ab officio ab officio eo ipso esse à beneficio suspenso; eo quod beneficii est ab officio accessorum. Cap. fin. de Re scriptis in 6. Ergo prohibito principali accessori um censem debet prohibitus. Argum. regulæ Accessorum de R. g. Iuris. 6. & leg. statu, p. deponit. Alii distinguunt de suspensiōne ab officio lata ab graue delictum, & haec affirmant à beneficio suspendere, scimus de delictum, quod non irrogat infamiam. Alij id admittunt in suspensiōne lata à iure, scimus in ea quae ab homine fertur. Alij è contra, quas opiniones, & Doctores refutat Sayrus lib. 4. thesauri, cap. 5. a. num. 13.

5 Sed communis sententia, scilicet suspensus ab officio non esse à beneficio suspenso verior est, prout tam docuit Vgolin. tab. 4. de censur. cap. 6. §. 6. Henrig. lib. 1. 3. cap. 32. num. 3. Sayrus dicto cap. 5. num. 16. Sanch. lib. 3. de matr. disp. 5. t. 1. numero 1. Aula 3. p. de censur. disp. 2. dub. 1. conclus. 6. Couinch. disp. 1. 5. dub. 2. conclus. 3. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 3. cap. 1. num. 2. Gaspar Hurtado de suspenso, difficult. 4. numero 9. Suar. disp. 26. sect. 3. num. 4. Bonac. t. 1. disp. 3. de suspenso, punct. 2. num. 10. Ratio est manifesta, quia a aliquando fertur suspenso ab officio, aliquando à beneficio, aliquando ab iure que simili: uti colliguntur ex cap. inter. de purg. canon. & cap. tam litteris de iust. & misericord. & cap. quatuor de officio ordinari. & cap. quis suis de electione. & cap. quia sibi eodem tit. in 6. & cap. 2. de fidei inscrib. & alii, vbi tanquam res distincte enumerant suspensionses ab officio. Ergo signum est suspensiōne ab officio non comprehendere suspensiōnem à beneficio, alias superius hæc ut distinetè exprimerentur. Quapropter si suspensus ab officio satisfaciat obligationibus beneficii, quantum est in se, per se, vel per substitutum, fructus beneficii percipere poterit.

6 Quod si suspensus ab officio Sacra menta minister, & officia diuina solemnitatem in choro exercitat, quibus per suspensiōnem priuatiss est affirmat Rebiff. præx. beneficiari. tit. de sententiā regnante. num. 15. Couarru. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 8. n. 7. in fine. Viuald. candelat. Sacr. 2. p. in materia de suspenso. n. 17. in fine, nequaquam lucrat fructus, & distributiones illis officiis inique exercitis correspondentes, qui fructus illi, & distributiones conceduntur ab ministeriis ab Ecclesia acceptum. At ministerium illud Ecclesia non acceptum, immo potius detestatur. Non igitur ob illius exercitum præmium fructuum concedere debet. Et confirmo: à praedicto officio suspensus est tempos, ergo etiam remotus est à fructibus beneficii, qui ratione illius conceduntur. Et facit cap. eos qui 8. 1. & p. vbi Ponitque inquit eos qui officium diuinum derelinquunt, sicut se ab officio alienos faciunt, ita à beneficio Ecclesiarum priuatiss esse iudicamus. Idem traditur cap. si quis sacerdotum, eadem diff. Et cap. præter hoc 32. diff. Postquam clericus concubinatus declaratur ab officio suspensus, inquit Pontifex: Neque partem ab Ecclesia suscipiat. Ergo suspensus ab officio priuatiss est [al]tem illis beneficii fructibus, qui officio cuius exercitum sibi interdictum est, correspondente.

7 Sed verior est sententia affirmans fructus praedicti officio inique exercito correspondentes lucrari, & retineri à suspenso posse. Uti docuit Steph. Dauia 3. p. de censur. disp. 2. dub. 1. conclus. 6. & loquens de excommunicat. 2. p. cap. 6. diff. 6. dub. 1. in fine. Petri. Nauarr. lib. 2. de refut. cap. 2. in noua

edit. par. 2. diff. 5. n. 243. Henrig. lib. 1. 3. c. 3. num. 3. & t. 1. n. 5. & c. 32. num. 3. Sanch. lib. 3. de matr. disp. 5. t. 1. num. 12. Ratio est, quia potest excedere non sunt ab aliis manuscritis textu: at nulli habent superius exercitum officium à quo suspensus est, fructibus talis officio correspondens bus prout ipso iure. Ergo &c. Et confirmo si rem fortunam decimus in illius virtutem labore aliquem impendas, poteris mettere dem illius laboris detinetem: teste communi sententia. Ergo etiam poteris retinere fructus officio correspondentes, quod in utilitate beneficij impensum est. Secundò confirmo ex cap. pastoratis. §. 2. causa de appellationib. vbi excommunicatus relegato ad tempus comparatur, at relegato ad tempus non adepitoribus bona, nisi hoc in sententia exprimitur, leg. adepitorum. Cogit de Paemis. Ego neque suspensiō ab officio debet subtrahiri ante sententiam.

Neque argumentum in contrarium urgenter. Ad primum dic distributiones, & fructus dari proprii ministeriū vīle. celestis, & ab ea acceptum tanquam validum, quod à suspensiō potest esto non licet. Ad confirmationem concedo accessorum sequi natum principalius atque fructus accessoriis esse ministerium, tanquam licet exercito, cum veritate adest ministerio validē præfrito. Cum autem suspensiō non interire ministerium, nec fructuum auctoritionem annulabit. Texus in cap. eos qui, nihil probat, quia loquitur de eo quod nullo modo officium exercet, sed ab illo integrè removet. In cap. præter hoc, suspensiō ab officio etiam à beneficio spenditur, ut clericus concubinarius a tali delicto committendo arceatur.

Rufus dubitare potes, an suspensiō absolutè ab officio vocem habecas in capitulo; Negat Glossa in cap. cum. dictu verbō a suspensiō. Et ibi Panormit. num. 20. de confus. Felic. in cap. Apostolica de exceptione. Sayrus lib. 4. th. 1. cap. 5. num. 12. eo quod vocem habere in capitulo vīlē & exercitum est Ecclesiastici officii. Tum quia omnes clerics subdiaconatu insignitiis competit ex Clement. vi. y. de statu, & qual. Sed contrarium probabilibus existim, quia feste suffragium in capitulo per se non est exercitum ordinis, cum laicis concursum competat iuxta Glossam in cap. eo, verbō. t. 1. Atque monialibus ex Glossa in Clement. vi. y. de statu, & qual. verbo mancipati, neque etiam est vīla aliquis iurisdictionis Ecclesiastice, cum semini, & lati hanc vocem habet & iurisdictionis Ecclesiasticae incapaces existunt. Ergo ex suspensiō ab officio nequaquam prout vocis in capitulo inservi potest, quod Sayrus dicit, cum. 11. concedit, quando hæc vox ratione beneficij suspensiō competit.

Quod si suspensiō ab officio non absolutè feratur, sed determinat ad aliquam materiam extra illam non extendit, quia potest excedere non sunt ultra verborum proprietatem; vīlē & communis sententia tradit Nauarr. cap. 2. num. 160. Suar. disp. 26. sect. 5. Sayrus lib. 4. cap. 5. num. 17. Henrig. lib. 1. 3. c. 32. num. 1. Vgolin. tab. 4. c. 6. §. 6. Confut. disp. 1. 5. dub. 2. num. 8. Vnde suspensiō ab ordine si absoluta sit extra officium ordinis non extenditur, & suspensiō à iurisdictione extra iurisdictionem Ecclesiasticam non procedit.

Verum estio si is textibus non continetur suspensio ipso iure lata, continetur tamen in Extravag. Pij V. qua incipit: Cum ex sacrorum, quae est sexta illius in Bollario, camque refert Salcedo in sua præc. cap. 2. 6. & confirmavit Plus V. in his constitutionibus Apostolicis sanctione 22. vt refert Corduba in f. 9. 14. & habetur Regula 22. cancellaria apposita ad finem propriorum mortuum. Et licet in suprad. Extravag. folium feratur suspensio adfutus suscipientes aliquem sacram Ordinem absque dispensatione Canonica, aut legitima licentia, ut constat ex illis verbis: Ad aliquem ex sacris Ordinibus se feceris promoueri: artamen in cap. 1. de temporib. ordinarii. in 6. generaliter fertur suspensio adfutus Hispanos, qui ad Bp scopos Italiae accedunt ordinandi, sive Episcopi proprii licentia. Denique Conc. Trident. sess. 23. cap. 8. de reformat. apertis verbis hanc suspensionem indicat: Si quis (inquit) ab alio promouerit per alii nullatenus id, et etiam cuiusvis generalis, aut specialis rescripti, vel prædicti pretestu etiam statutis temporibus permittatur, nisi eius probitas, ac mors Ordinarii sui testimonio commendetur. Si secus fiat Ordinans à collatione Ordinum per annum Ordinatus vero ab Ordinum executione quadam proprio Ordinario videbitur expellere, sit suspensus. Hac igitur suspensio invenitur ob receptionem Ordinum tam maiorum, quam minorum; quia de omnibus generaliter Textus loquitur, sicuti declarauit ibi facit Concilij congregatio. Ob receptionem autem primæ tonsurae, non videtur hanc suspensionem contrahiri. Tum quia nullum ei est officium annexum, à cuius executione suspensi initatus possit. Tum denique quia fit etiam loquendo, & rigore iuri spectato non est Ordo, & solum ob Ordinem receprum indicatur hæc suspensio. Atque ita tenet Tolet. lib. 1. f. 1. cap. 4. num. 4. Zerola 1. p. præx. Episcop.

verbō dimissoris. August Barbosa in remissionib. concil. sif. 23. c. 8. circa finem. Et alij. Quamvis oppositum censeant plures Doctores relati à Bonac. disp. 3. q. 1. p. 11. num. 1. 8. Oportet vero ut recipiens dictos Ordines culpam mortalem committat sic recipiendo, quia censura, & pena gravis hanc culpam exigunt. Quare si ex aliquo capite à culpa mortali excusetur, vel quia ignorauit probabilitatem talem Episcopum carere potest ordinandi, vel litteras illas dimissorias insufficientes esse, vel quia ad suscepctionem prædictorum Ordinum graui metu fuit inductus ab hac censura, non excusat. Sicuti notariorum Nauar. in sum. cap. 2. num. 15. & in cap. recepta de restitu. spoliatorum. proprie. 8. num. 32. Henric. lib. 13. cap. 38. Coninch. disp. 14. de censur. num. 36. Aula de censur. 7. p. disp. 9. sif. 1. dub. 7. Sua. disp. 31. sif. 1. num. 15. Bonac. t. 2. de censur. disp. 3. q. 1. p. 10. num. 15. & alij apud ipsos. Qui nimo Salcedo in præc. cap. 2. 6. §. ex tur. Et Aula 3. p. de censur. disp. 1. dub. 7. pro intelligentia, docent ignorantium culpabilem, modo affectata non sit excusare, quia Pius I. in sua Extranaq. vitio verbo præsumpti. ad cuius normam decreto Conc. Trident. regulandum est.

Sunt tamen aliqui casus, in quibus permittitur ab alieno Episcopo absque licentia proprii Ordines lucepi. Primus est, si proprius Episcopus ab executione Ordinum sit notoriè suspensus, eo quod subditum alterius diocesis sine debita facultate ordinaverit: nam eo causa subditus concedit facultas, ut ab alieno Episcopo Ordines recipiant. Cap. eorū qui de temporib. ordinat. in 6. Et ibi Glossa. Et notauit Pet. Rebiff. prax. benefic. i. p. de formula dim. siveiarum, num. 19. Salcedo præc. cap. 26. §. tribut. tamer. casibus. Sua. disp. 31. sif. 1. num. 15. Non est autem opus, ut suspensus sit declarata, sufficit si per evidenter facti notoria sit, quia Textus in dicto cap. eos qui, solum requiri et manifestam, quod tum evidenter facti, tum sententia judicis contingit. Sicuti adiungit Aula 3. p. disp. 31. dub. 7. concul. 3. Bonac. t. 3. de censur. disp. 3. q. 1. p. 10. num. 6.

Secundus est, si per triennium commoretur cum Episcopo tanquam eius familiaris, seu de eius familia, & beneficium quacunque fraude cessante statim ab illo recipiat. Vt habeatur in Conc. Trident. sif. 23. cap. 9. His enim conditionibus positis, poterit primam tonsuram, & reliquias Ordines tam maiores, quam minores recipere ab illo Episcopo, & absque propria Episcopi licentia, quia Conc. Trident. nullam restrictionem apposuit. Quod intelligendum est de Episcopo dicto, & subditis actu habente. Nam titulares Episcopi, neque prætextu curiouse, quia familiaritatis aliquem secum per triennium commorarentur ordinare, quia sic cauerit in dicto Conc. Trident. sif. 14. c. 2. de reformat. quod decteto sif. 23. cap. 9. reuocatum non fuit, vt supponunt Doctores communiter. Familiaris autem in praetene ille tantum censendus est, qui cum Episcopo in eodem loco commoratur, non vero ille qui longè distat, tametsi sumptibus Episcopi alatur, quia eius mores non satis poterit perficere habere, que futratio ob quam Concilium postulatur, ut familiaris cum Episcopo per triennium commoretur. Hoc autem triennium spectat à communī sententiā continuo esse debet, quia quoties à iure tempus ad aliquem actum assignatur, plerisque continuum intelligitur. Ut tradit. Glossa leg. 3. & leg. naturaliter. ff. de usucaptionibus. & in Rub. ff. de dñis. & tempor. præscript. Abbas in eccl. ad finem, de electione. Bartol. & Castren. in leg. vlt. §. quoies. ff. de Publican. & vngal. Alexand. cons. 34. num. 1. lib. 5. Lapis allegat. 46. num. 3. Et alij. Non est autem opus, ut hoc triennium incipiat, postquam ordinans creatus Episcopus fuerit: satis enim est, si secum triennio fuerit commoratus: vt norat Garcia de benefic. p. 2. c. 5. n. 83. Bonac. alij relatis t. 3. disp. 3. q. 1. p. 11. num. 9. Debet autem facta ordinatione statim (hoc est absque illa dilatione) beneficium Ordinato conferre, quod verum habet, tametsi solam primam tonsuram conferat, quia sub hac conditione hæc ordinandi potestas ei commissa est, ut declarant Congregatio Concilij teste Barbosa in dicto decreto. Cui obligari non satisfaci, si maiorem partem anni translati permittat, absque beneficium collatione, ut ex Concilij congregatione notauit Flaminius lib. 4. de reform. q. 2. num. 3. Garcia 2. p. c. 5. n. 87. Salcedo præc. 2. 6. vers. tertius casus. Quod si beneficium proutmodum Episcopus non conculerit, non obinde Ordinatus bona fide, & cum spe beneficij sibi confergendi suspensionem incurrit, quia hæc ut pœna, & censura contraria nequit absque culpa, à qua Ordinatus (ut suppono) liber est, ut bene notauit Bonac. d. p. 11. n. 12. Excusat autem Episcopus ab hac obligacione conferendi beneficium Ordinato, si ad titulum patrimonii, vel pensionis promovet. Vt facere potest, teste Garcia 2. p. de benefic. c. 5. n. 80. Barbosa in remissionib. Concilij, quia beneficium conferendum præcipit, ut Ordinatus destruitus Episcopi obsequio, & familiaritate habeat unde sustentari possit. Sicuti docet Bonac. dicto p. 5. q. 1. p. 11. n. 11. Ex hac vele facultate graues Doctores. Salcedo dicto c. 2. 6. §. tertius casus. Garcia 2. p. c. 5. n. 86. Bonac. n. 13. & alij censem non concedi Episcopo potestatem dispensandi cum suo familiari ad Ordines in-

tersticiis, & illegitimitate, alisque impedimentis, quia hæc potestas diuersa est, neque potestari à Concilio Trident. concilia annexa. Sed contra illam est factis probabile, quod docuit sae. verbo Episcop. num. 36. Sanch. lib. 8. de maravig. num. 2. Tum quia ad prædictorum dispensationem videatur sufficere habitatio majori parte anni. Tum quia concessa faculta ordinandi quia maior est, concessa videtur, quia prædicta ordinanti conuenient, et si non necessaria.

Tertius casus, in quo Episcopus subdurus alterius dicens ordinare potest, est quando censet proprium Episcopum ratam Ordinationem habitur: illa enim ratificabit præsumpta censetur facultatis concessio. Argum. c. Legem. mens. vlt. 9. q. 2. vbi sanctus Epiphanius ordinatio quemdam ex dicte S. Ioannis Chrysostomi abesse expedit eius facultate, quod sanctus vir non fecisset, si ei determinatum fore pendet. Arque ita tradit. ibi Glossa. Maiolus, lib. 4. de megal. art. 2. num. 7. Sua. disp. 31. sif. 1. num. 17. Valer. Reginald. præz. lib. 32. tract. 2. c. 6. 69. vers. simi. autem Barbola in r. Concilij sif. 23. cap. 8. in fine. Factor. hanc ratificationem in predicto Textu ex parte Ordinatorum non admittit, tandem ex parte Ordinantis admittit, sicut in dicto Ordinatis imponitur penitentia in latitudinem Ecclesiæ quam offendentes, & illa penitentia peracta miserationis iniuria recipiunt in suo honore, hoc est ad exercitum Ordinis accepti: sicut docet Petrus Rebiff. in præc. benefic. 1. p. de forma dispensariorum. literarum a. 14. Et Salcedo in præc. c. 26. §. secundum in fine. Quocinque hæc ratificatione non est facile admittenda, tunis iurisdictione proprii Episcopi præjudicium fiat, tun ne indigni promoueantur: sicut illam non admittit Bernard. Daz in sua præc. cap. 26. vers. secundus casus. Et ibi Salcedo, Quaranta alijs relatis, verbo Ord. vers. ampli. Bonac. om. 3. disp. 1. p. 11. num. 24. Sed solum permitti potest, quando maxima, & ferè moraliter certitudine confitit gratiam Episcopo proprio facte ordinacionem. Nam hæc sunt moraliter certitudine sicuti poenitentia alia sacramenta, quæ ad sui licet administrationem iurisdictionem requiri, & administrari potest & hoc sacramentum.

Quinto fertur suspensio aduersus eum, qui ordinatur ab Episcopo proprio Pontificala exerceente in aliena diocesi, sive licentia Episcopi illius loci, in quo Ordines conferunt. Quæ suspensio colliguntur ex c. Episcopum 9. q. 2. vbi tali ordinatio irrita esse determinatur. Sed aperte us ex Conc. Trident. sif. 6. cap. 9. ibi Nulli Episcopio licet eiusmodi prius legi prætextu pontificalia in aliena diocesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia. In personas eidem Ordinarij subiecta tantum. si sicut factum fuerit, Episcopus ab exercitu Pontificalem, & sedis ordinarii ab executione Ordinum sine ipso iure suspensi. Quod dictum est de Episcopo, intelligentium est de Archiepiscopo, quia ipsi datus non est Pontificala exercere in diocesi suffraganeorum, nisi in aliquibus casibus: vt notat Glossa in cap. Roman. notab. 2. de officio ordinarij. lib. 6. Courau. præf. quæst. 9. num. 2. Zecilia, verba. Archiepiscopis, vers. ad secundum. Barbola in remissionib. concilij, sif. 6. cap. 5. Bonac. 3. de censur. disp. 3. q. 1. p. 11. num. 1. Sed an hæc suspensio extendatur ad recipiendum solum tonsuram, affirmit Rebiff. r. beneficij, eti. de Clericis ad Sacras Ordines mala promovit. Glossa num. 4. Alterius t. 2. disp. 10. c. 2. vers. quod si. Bonac. supra. 1. quia Episcopus confert primam tonsuram Pontificala exerceit, cum solis Episcopis, seu iurisdictionem quæ Episcopalem habentibus, sit datum eam confere. Neque obest quod in suo cubiculo eam confere posse, nam etiam id potest calicem conferre, cum ramea ea conficerat Pontificale vobis sit.

Caterunt etsi Episcopus ob collationem primæ tonsura in aliena diocesi ablique licentia Ordinatur illius loci à Pontificalem executione suspendatur: ut prima tonsura initiatus suspensio eius latam non incurrit. Tum quia prima tonsura spectata iuri rigore non est Ordin. sed Ordinis dispositio, & ab Ordinibus sive prædicto diliguntur, ut constat manifeste. Conc. Trident. sif. 14. cap. 2. de reformat. ibi: Ad sacra, autem Ordines, vel primam tonsuram promovere, seu ordinare valcat. Tum præcipue quia hæc tonsura nullum speciale minus habet, & cuous executione ea initiatus suspensi valcat. Et ita tenet Henric. lib. 3. c. 6. num. 6. affirmit prima tonsura conferti ab Episcopo posse suis subditis in aliena diocesi. Illud opimè aduerit Sua. disp. 31. sif. 1. num. 11. Ordinatum fuit licentia sive Episcopali ab illo Episcopo in aliena diocesi ablique debita licentia duas suspensiones incurtere, vnam: quia sine litteris dimisloris: aliam: quia ab eo Episcopo in loco Ordines suscipiunt: postquam vna suspensione ab alia separari, id est que non se impediunt quomodo simul conturbantur. Vide que diximus tract. de ordine. p. 15.

Sexto suspenditur Ordinatus ante legitimam æram ex Extraag. p. II. quæ incipit: Cum faciunt, quācumque confirmavit Clemens V. III. ibi enim Pius II. inquit: Statuum, & ordinamus, quā omnes, & singuli qui abesse dispensationem Canonica, aut legitima licentia, sine extra tempora à iure prescripta, sine ante aratem legitimam, ut ab illa dimissori in-

etiam citramontanis ad aliquem ex sacris Ordinibus fecerint promovere, a iuorum ordinum executione ipso iure suspensi sunt. Et si huiusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare presumperint, eos ipso irregularitatem incurant. Etas requisita pro prima tonsura, & à fortiori pro aliis Ordinibus est septimus annus completus. Cap. nullus de temporib. ordinat. vbi probatur infanti primam tonsuram conferre. Infans autem est qui septimum nonum complevit. Leg. s. iust. & leg. posuit. Cod. de iure deliberaudi. Completo septimo & prima tonsura, & minores Ordines conferri possunt; quia nulla pro his Ordinibus est arta à iure praescripsi, sed arbitrio Episcopi relinquitur: ut tradit. Suar. disp. 3. 1. de censur. lect. 1. num. 2. Bonac. 3. de censur. disp. 3. q. 1. punct. 1. num. 4. At pro Ordinibus sacri fulcipientes artas praefixa est à Conc. Trident. sess. 2. cap. 12. de reformat. nam ad Subdiaconatum requiruntur anni 22. pro Diaconatu 23. pro Presbyteratu 25. incepit excommunici Ecclesiæ præxi. Pro Episcopatu autem 30. completi. iuxta textum in c. cùm in cunctis de electione. Computanda est huicmodi arta non à die conceptionis, ut placuit Sfortio Odio. dñe. 1573. in integrum 1. p. q. 2. art. 2. num. 48. sed à die nativitatis sue naturalis, sua violentia: vt ex communī docuit Concilium 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 2. Mandatos de artate minori, cap. num. 2. Sanch. in decalog. lib. 4. cap. 3. §. num. 2. quia dies conceptionis ignotus est. Præterquam quod dum infans in vero matris existit, neque ip. lucem prodit, non reputatur persona distincta, cuius artas enumerari debet.

Qui igitur aliquo ex sacris Ordinibus ante artatem præfizari intueretur, suspensionem ab executione Ordinis si suscepit incureret, modo in illis susceptione bona sit, non procederet, ignorans probabiliter se artate legitima carete, vel nou adeste Ecclesiæ legem sub suspensione, problemen. Ordines ante illam artatem suscepit, nam eo causa excusat ab hac pena, quia non nisi ob grauem cum paucitate potest: ut adhuc Nauar. c. 27. num. 15. Suar. disp. 3. 1. lect. 1. 2. 6. qui centent quamlibet ignoranter modo affectata non sit, excusat; quia Pius V. utitur verbo *præsumptio*, quod dolum importat. Sed rectius Bonac. 1. 1. de censur. dñe. 3. q. 1. punct. 1. num. 3. solam ignoranter problemat, & inquinabilem excusat: quia verbum *præsumptio*, non pro contrahenda suspensione, sed pro contrahenda irregularitate ob violationem suspensionem assumptum est, ut legenti Textum constare posset.

Dixi sic Ordinatum suspensionem esse ab executione Ordinis si suscepit, sed non ab executione aliorum. Ordinum legitima artate perceptorum: nam etlo Pius I. in sua Bulla generaliter dixerit, a iuorum ordinum executione ipso iure suspensi sunt, intelligendum est de Ordinibus indebet esse suscepitis. Argum. Textus: vel non est compes de temporib. ordinat. & notavit Bonac. d. 1. 1. disp. 3. q. 1. p. 1. num. 8.

Mouent tamen Suar. disp. 3. 1. sect. 1. num. 2. 3. Garcia 2. p. de benef. c. 5. num. 51. referentes facta Cardinalium Congregatiois decisionem. Bonac. suprà. p. 1. in fine, & Doctores communiter, Ordinatus ante legitimam artatem sue scienter, sive ignoranter, absolutumque à suspensione non posse Ordinem receptione exercere, quoque ad legitimam artatem penitentiam. Argum. cap. vel non est compes de temporib. ordinat. non ob impedimentum suspensionis, sed irregularitatis à iure inducit, qua qui prohibetur ante legitimam artatem Ordinem suscipere, & consequenter ab illi us viu.

Sextimo suspenditur qui Ordines suscepit extra tempora designata ab Ecclesiæ, absque dispensatione legitima. Quæ suspensione iure antiquo lata non erat ipso iure, sed ferenda, ut constat ex cap. sane. Cap. cura quidam. Et cap. consultatione de temporib. ordinat. Ut in dicta Extravag. Py. I. Chap. ex sacrorum, habet expressè, exenditque tantum hæc suspensione ad actionem Ordinum susceptionem, & merito; quia minores Ordines non habent statuta tempora, vt constat ex cap. de temporib. ordinat. Et notavit Suar. disp. 3. 1. de censur. sect. 1. num. 4. Requiritur tamen culpa gravis in ordinato, ut adhuc praefat Doctores. Vnde si bona fide facta initierit, credens te habere facultatem, vel Episcopum dispensare posse, vel ex alia simili ignorantia, hinc excusari est culpa, sive a censura conferens excusat. Effectus huius suspensionis est impedita executionem Ordini male suscepit, nam esto in prædictis decretis dicatur à suis Ordinibus subiecti intelligentem est male suscepit, & in copulariis in quo deliquerit, quia est benignior interpretatione, falcatuus proprietas verborum: vt notavit Aula de censur. 3. p. disp. 3. dub. 7. §. sexto non ordinat. Henr. lib. 1. 5. c. 3. numero 1. Suar. disp. 3. 1. sect. 1. num. 1. Galpar. Hurtado tract. de suspensi. difficult. 1. 3. num. 36. Bonac. 1. 1. disp. 3. q. 1. pun. 3. n. 5. Huius censura absolutio Episcopo competit, siquidem non est resoluta, ut adhuc Suar. Hurtado, Aula & Bonac. suprà. Nam etlo Sixtus V. in Extravag. Sandrum. Et salutar. libi absolutio rem reserveretur, Clemens VIII. in constitutione qua incipit: Romanum Pontificem, edita pridie kalend. Martij anno 1595. ad terminos factorum Canonum, & constitutionis Pij I. I. & desectorum Concilii Trident. reducta est, exceptis his que-

in dicta Bulla contra simoniaq. ordinantes, & ordinatos statuantur, que nullo modo revocantur.

Odatu s. iuvenio ferunt adiutorius Ordinatum non servatis temporum interstutis, quod multipliciter contingere potest. Primo si eodem die plures Ordines sacros suscipiant. Secundo, si minores simul cum sacro vbi non est consuetudo. Tertio si non series moras temporis inter vnum, & alium Ordinem à Conc. Trident. praeficeret.

Premittendum est ex his quæ diximus tract. de Ordine, d. 1. 3. primam tonsuram quolibet die conferri posse, cum iura certum diem non requirant. Minores omnibus diebus ieiunij, quartuor temporum & Dominicis, & festi dies dati posse: sacros, verò non nisi in sabato quartuor temporum, & in duobus casibus ab Dominico. Primo si ieiunium Sabbathi continuetur ab Ordinario, & Ordinante utique ad diem Dominicum, quia tunc reputatur eadem dies teste Salcedo præc. cap. 26. vers. 1. ista autem Suar. disp. 3. 1. sect. 1. num. 40. Et 42. Secundo si die Sabbathi tanta esset Ordinandorum multitudine, ut non possent omnes Ordinibus insigniri, nam tunc in Dominicam collatio Ordinum transferri potest, ut notavit Glosa, & Innocent. in cap. litteras de temporib. ord. nat. Sy. uel. verbo ordo. 2. q. 6. Salcedo loco citato. Consecratio vero Episcoporum solis Dominicis, & festi dies dati facienda est. Cap. ord. nat. cap. 75. dist. Et notavit Sylvest. verbo consecratio 1. q. 3. quam consecrationem debet recipere Episcopus electus, & confirmatus intra trium mensum latitudine a sua confirmatione, alioquin ad fructuum perceptorum testi rationem teneret, & si intra teridem menses id postmodum facere neglexeret, Ecclesia ipso iure puniatur, ut habetur in Conc. Trident. sess. 2. capit. 2. de reformat.

Secundum præmittendum in receptione minorum Ordinum, non esse necessaria temporum interstitia. Nam etlo in c. fin. guilia 77. dist. de c. nemur quadam tempora illud us antiquum est, ita possumt omnes illi Ordines simul cum prima tonsura, eodem die Episcopo visum fuerit, conferri: prætermit vbi viget consuetudo. Ut colligatur ex c. 2. De eo qui ordinem surtire suscepit. Et tradit. Glosa, & Doctores ibi. Et in c. 3. de temporib. ordinat. Suar. disp. 3. 1. sect. 1. num. 4. Sayrus lib. 4. thesaur. cap. 1. 4. n. 2. Bonac. 3. de censur. disp. 3. q. 1. pun. 4. §. 1. n. 2. Vnde in Concilio Trident. sess. 2. 3. c. 1. 1. de reformat. statuerunt Ordines recipi per temporum interstutia, si aliud Episcopo expedire magis videatur. Quare ex arbitrio Episcopi rationabiliter, possunt eodem die omnes prædicti Ordines simul cum prima tonsura recipi, & sic praxis obtinuit. A susceptione autem postrem gradus ad Subdiaconatum annus integer Ecclesiasticus transire debet, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas iudicio Episcopi aliud expolcat, ut habetur in Conc. Trident. sess. 2. 4. c. 1. de reformat. sic. A Subdiaconatu ad Diaconatum annus integer similiter transire debet, nisi aliud Episcopo videatur. Sicuti decidit Conc. Trident. sess. 2. c. 13. & idem decisum est capite 14. à Diaconatu ad Presbyteratum. His positis,

Dicendum est, si recipias primam tonsuram, & Ordines minores non servatis temporum interstutis contra voluntatem Episcopi graue peccatum committis; quia violas statuta factorum Canonum in materia gravi. Ut tradit. Glosa in cap. quinque verbo Acolytus 77. dist. Salcedo cap. 16. Bonac. tom. 1. de censur. disp. 3. q. 1. sect. 1. num. 2. Suar. disp. 3. 1. sect. 1. num. 2. nullam tamen suspensionem incurrit, quia nullibi causa est, ut docent precitati Doctores. Si vero Ordines minores simul cum Subdiaconatu suscipieres, absque Episcopi dispensatione, illoque ignorante suspensionem, seu irregularitatem incurretes. Ex cap. 1. de eo qui ordinem surtire suscepit, scit notavit Nauar. cap. 2. num. 71. vers. octauo. Maiolus lib. 4. de irregularit. cap. 11. num. 1. Sayrus lib. 4. thesauri, cap. 14. num. 2. Aula 7. part. de censur. disputat. 9. sect. 1. dub. 4. Bonac. tom. 3. de censur. disp. 3. q. 1. sect. 1. num. 2. Quid tamen intelligendum est, quando non vocatus te ingessiles Ordinandum; quia tunc Ordinatum futurive suscipies, verò si vocatus es esse tam ad Ordines minores, quam Subdiaconatum, tamen ex inaduentia Episcopi, quia cessa futura Ordinis receptione. Post autem Episcopum dispensares, ut simul eodem die Ordines minores, & Subdiaconatum recipias, supponit sacra Cardinalium congregatio, & docuit Nauar. cap. 2. num. 71. & indicat Suar. dicta sect. 1. num. 41. Bonac. d. p. 1. n. 2. Quod si duos sacros Ordines eodem die recipies absque dispensatione Pontificis (qui tamen dispensare potest) dubius est Suar. disp. 3. 1. de censur. sect. 1. num. 4. ut incurrit suspensionem, eo quod in cap. litteras de temporib. ordinat. vbi de ordinato Diaconatu & Presbyteratu eodem die determinat ab executione offici. Sacerdotalis manere suspensionem, quoque Pontifex altera dispensat, non fertur lex pro futuri casibus, sed casui ibi de relato arctatur dispositio. Ceterum communis sententia affirmat, ut manere suspensionem. Vti tradit. Nauar. cap. 2. num. 71. Maiol. lib. 4. de irregular. cap. 11. Viuald. tit. de suspensi. num. 47. Sayrus lib. 4. thesauri, cap. 14. num. 2. Bonac. tom. 3. disputat. 3. quest. 1. p. 4. num. 5. tum quia verum non est in prædicto cap. litteras legentur.

non statu; alias de omniibus decretis casum specialem referentibus idem dici possit. Tum praecepit quia Textus in canonizat, De eo qui fortius ordinem suscepit, inquit, de his qui Subdiaconatus & Diaconatus Ordinem simul suscepserunt, de iuriis rigore in suscepbris Ordinibus ministrale non debent, ibique potest a dispensandi Abbati, & Episcopo remittetur, si Religionem intrauerint. Secus referatur Pontifici, ut aduentum Maior. Bonac. Suar. loc. cit.

Ob violationem interstitiorum nulla est in iure pena apertis, tametsi graue peccatum committas legem Ecclesiasticam transgredies. Sicut tradit Zerola in tract. 2. part. verbo ordo. num. 8. Alterius 2. p. disp. 10. c. 4. post princi. Suar. disp. 31. sect. 1. n. 42. Riccius in collect. decisi. 3. p. collect. 576. Batibos de post. Episc. alleg. 18. n. 11. Bonac. f. 3. #1. p. 4. #2. numero 1. Solùm aduerso in dispensatione interstitiorum diuersam causam requiri pro facili Ordinibus suscipiendis. Nam agens Concil. Trident. sess. 2. 3. c. 1. de susceptione Subdiaconatus post suscep. onem postrem gradus minorum Ordinum, inquit: Non promueantur nisi post annum, nisi necessitas, aut Ecclesia vultus alius expedit. Et cap. 13. agens de promotione ad Diaconatum inquit: Promoti ad sacram Subdiaconatus Ordinem, si per annum saltem in eonon sint versati, ad alterum gradum nisi alius Episcopo videatur, ascendere non permittrantur; cum autem hoc iudicium rationabile debet esse, spones ut saltem Ecclesia vultus adit que dispensationem exigat. Verum a Diocesanis ad presbyterium ascensio non permittritur, nisi ob Ecclesia vultus, ac necessitatem aliud Episcopo videatur. Ut habetur dicta sess. 2. 3. c. 14. de reformat. Quod si Episcopus absque praedictis causa vultus, vel necessitate dispensationem concedat, nullus est dispensatio, ut ipso facta in lege Superioris contra formam a superiori praecipit. Sicut aduentus Suar. disp. 31. sect. 1. num. 43.

9. Nond ferunt suspensi aduersus eum qui per salutem promoverunt, hoc est qui ad Ordinem superiori, præter filio inferiore, ascendit. Vt colligitur ex c. sollicitudo, 52. disp. 31. & ex cap. de clero per salutem promoto, vbi de Subdiacono qui præter illam Diaconatu Presbyteratu suscepit, inquit Pontifex: Mandamus, quatenus condignam penitentiam pro negligencia huiusmodi intungas eidem, qua paralia ipsum in Diaconum ordinare procures. Et sic de misericordia a cunctis ministris re permittis in ordine Sacerdotis. Ergo ob prædictum delictum impeditus erat promotus a susceptione Ordinis prætermis, & ab administratione Ordinis suscepit. Et den. que in Concilio Tridentino supponitur, liquidum sess. 2. cap. 14. in fine de reformat. dicitur: Cum promotus per salutem non ministraverint, Episcopos ex legitimis causa potest dispensare. Stigmar dispensatione indigeni, ergo vinculo ligati erant, quod nullum alius esse posset, nisi suspensio, sequenda non solum impediretur a susceptione Ordinis prætermis, sed etiam a suscep. admisssione. Atque ita docens Sylvestri, verbo irregularitas. q. 1. Solutio in 4. 2. 5. q. 1. art. 3. Nauar. cap. 2. 3. num. 71. & cap. 27. num. 244. Gregor. Lopez. leg. 6. 3. tit. 5. part. 1. Salcedo præst. c. 1. 9. Suar. disp. 3. de censor. sect. 1. num. 35. & seqq. Aula 7. p. disp. 9. dub. 2. Bonac. f. 3. de censor. disp. 3. q. 1. p. 2. numero 1. Fillius 17. c. 5. q. 8. n. 8. Augusti Barbola de post. Episcop. allegat. 47. num. 1. Sayus lib. 4. c. 14. n. 26. Coninc. disp. 35. dub. 5. num. 48. Gafara Hurtado de suspen. difficult. 1. num. 39. & alii. Tamecum contraria sententia non improbari. Tunc recromata in dicto cap. sollicitudo, art. 4. & ibi Archidiacon. & Proposit. Angel. verbo irregularitas. 1. num. 36. Armilla codem n. 68. Bernard. D'az. præd. c. 9. & probabile reputant Suar. & Aula super ductu ex dicto cap. sollicitudo: vbi solidum mandator Episcopo prohibite at officio Sacerdotis Presbyterum per salutem promotum donec Subdiaconatum intermissum recipiat, quod non arguit suspensio ipso iure latam, sicuti nec Textus in c. v. de clero per salutem promoto: c. 3. ex eo tantum colligatur non esse permittendum sic ordinariis Ordinem per intermissionem recere, & in suscep. ministrare, quoque condignam de delicto penitentiam praestet. Verba vero Concilij, que efficacia sunt in hac parte explicati possunt, non de propria dispensatione alius impediti contracti, sed de permissione abque impositione aliquis suspensionis, vel pena. Sed haec nullo modo placent, quia videtur esse Textum violenta explicatio. Et quia Concil. Trident. concedit Episcopo potestatem dispensandi cum promotis per salutem, si non ministraverint. Supponit ergo post ministracionem non posse dispensare, quod verum esse non posset, nisi ex ministracione irregularitatem incurrent, ob violatam suspensionem ex ordinatione per salutem contractam.

10. Decimus suspenditur, & irregularitate inodatur, qui post matrimonium contractum erat non consummatum, aliquem ex sacris Ordinibus suscepit extra causas à iure permisso. Vt habetur in Extrava. Ioann. XXII. Antiqua de voto & voti redempt. ibi distincti inhibentes, ne quisquam durante matrimonio nouum etiam consummatum, aliquem de sacris Ordinibus sussumat suscepere, nisi prout sacris Canonibus notetur conuenire. Quod si secus à quoquam foris: an attenuatum fuerit, ordinamus quid nec matrimonio solus in sic suscep. Ordine ministrare, ne-

que ad superiores Ordines prouebi, nec ad aliquod beneficium, sed officium Ecclesiasticum valent promoueri. Ex his verbis conflatis promotum suspensionem incurrit, quatenus ab executione Ordinis suscepit suspenditur; irregularitatem vero, quatenus prohibetur ad superiores Ordines ascendere, & in beneficio Ecclesiastico promoueri. Ut aduentus Bonac. f. 3. de censur. disp. 3. q. 1. p. 7. num. 1. Gaspar. Hurtado de suspen. difficult. 13. n. 40. Coninc. disp. 1. dub. 5. num. 41. Notanter dixi: aliquum ex sacris ordinibus: nam esto graue peccatum committat conjugatus, Ordines minores post matrimonium recipiens, voluntam penam ipso iure incurrit, quia Extrava. gans supradicta solùm de susceptione ordinum loquitur, & nullus alius invenitur Textus in iure penam susceptionis Ordinum minorum indicans.

Præterea dixi extra casus à iure permisso. Sunt enim plures in quibus licet conjugatus Ordinem etiam sacrum suscipit. Primum si ante consummatum matrimonium professionem in Religionem approbata emitta; quia ea causa vinculum matrimonii soluitur. Secundò si post consummatum matrimonium ex viri consensu Religionem ingrediatur. Luxuria cap. Episcoporum benedictionem. 76. disp. 76. tertio si ipsa separata virere vult, & votum castitatis emitta dum senex sit & de incontinentia percuti o non suspecta. Luxur. cap. 7. etiam 32. d. Et cap. conjugatus de conuerti, conjugato. Cap. Agathofa 27. q. 2. Quartò si ob causam uxoris ditorum quod thorum, & habitationem perpetuo ceibratrum est; quia ab encibus matrimonij soluitur. In his igit. causis quia vir licet Ordines suscepit, nullam suspensionem incurrit.

Quod si bona est puritas uxoris esse mortuam, vel validam professionem emisse, cum tamen nihil horum contingat; Ordinem sacrum recipiens, suspensionem non incurrit, si quia ex hanis suspensione culpa gravis requiritur, & coulitas ex illis verbis Extrava. Nemus aduersus suscep. sumat. Et si secus fuerit à quoquam attenuatum. Sicut notavit Suar. disp. 3. 1. sect. 2. num. 56. Bonac. disp. 3. q. 1. p. 7. num. 4. Ex Ecclesiastico tamen praeceptum prohibetur est ab executione Ordinis sacri matrimonio durante in quo praeceptum nequit Episcopopus dispensare, ut aduentus Bonac. supra. p. 7. in fine. Matrimonio autem dissoluto, vel ipa uxori votum castitatis emittente si senex sit, nec de incontinentia percuti possit, vel Religione ingrediatur, potest sic promovet in suscep. ordine ministrare, & ad superiores ascendere, quia ab illo impedimento, aut praecepto removetur, ut affirmat Suar. disp. 31. sect. 1. num. 56.

In causis autem in quibus haec suspensio contrahitur nullus præter summum Pontificem potest dispensare, etiam matrimonio dissoluto, nisi forte fuerit dissoluto ut ob in Religionem ingressum, quo calo permittrit in dicta Extrava. Episcoporum dispensatio, vel Religionis Superioribus, qui ex privilegio sibi concessa à sede apostolica possunt, cum suis Fratribus in his suspensionibus dispensare.

Vndecondit ferunt suspensio aduersus eum qui sede Episcopali vacante, nec arctatus occasione alienius beneficium recipi, vel recipiendo ordinatur in facie intra annum cum luteis dimissoris à Capitulo acceptis. Ex Concil. Trident. sess. 7. cap. 10. de reformat. que suspensio durat usque ad beneficium futuri Praelaci. Pio suscepientibus minores Ordines alia pena statutis, scilicet ne clericali privilegio presentem in crimibus gaudent, quare si non suspenduntur, ut congregatio Concilii declarauit, teste August. Barbola, in dicto cap. 10. Quod adeo verum est, ut nec primam tonsuram viuit luterani dimissoriarum à Capitulo recipere possit qui beneficium recipio, vel recipiendo arctatus non fuerit. Vt docuit Nauar. conf. 1. 7. de tempor. ordinat. Man. Rodrig. 1. 2. cap. 14. num. 6. Garcia. 5. p. de benef. c. 7. num. 95. temelii pena imposta ordinatus minoribus hunc non comprehendat, quia appellatione minorum Ordinum maximè in decreto penal. & odioso. Soledad veniente intelligendi quatuor minores Ordines, & non prima tonsura que ab illis distinguitur: ut colliguntur Trident. sess. 2. cap. 4. 8. 10. & 11. & notavit Garcia. supra. Arctatus vero occasione beneficij recepti (ut redit explicit) Garcia. 5. p. de benef. cap. 7. num. 97. & seqq. Ille dicunt qui beneficium obtinet ratione cuius obligari se promovit facere. Vt qui obtinet Parochiale Ecclesiam, est arctatus intra annum ad sacerdotium promoueri, & obtinet Canonicum ad sacerdiciandum Ordinem ei annexum, & scilicet de aliis beneficiis, seu capellaniis, requirentibus ex institutione seminarii personale, seu ordinis exercitium. Occasione vero beneficij recipiendo arctatus dicunt, qui vocatus est ad beneficium vacans, certum requirens Ordinem quo ipse carerit. Quod adeo verum est, ut si ad beneficium præsentur, carceraque prima tonsura, possit illi conferri ex litteris dimissoriis à Capitulo acceptis, vt ea præsentatio effectum habeat possit: sicut dictum à sacra Congregatione refert Barboli in remissione. Concil. dicto cap. 10. & Garcia supra. Eleitus vero si concusa ad beneficium curatur, cuius collario facienda est à Pontifice, nequit interim dici arctatus occasione beneficij accepit, cum illud ante collationem Pontificis non habeat, neque occasio-

ne beneficij recipiendi, cum ad illius receptionem Ordo faceret non requiratur. Similiter nequit dici archatus occasione beneficij recipiendi is, cui vis beneficium regnare certum Ordinem requirens quo resignatus caret: quia ea resignatio voluntaria est, & ratione resignationis voluntaria futurae dici non potest archatus. Ut bene Garcia dicto cap. 7. à numero 97.

12. Duodecimo fertur suspensio iure lata, & Pontifici reseruata in cap. per tuas. Et cap. penult. de Simonia: aduersus ordinatum caretentem titulo patrimonij, vel beneficij acutum Ordines factos requisiti, & pacientem cum ordinante, seu praesentatore non petuorum ab eis alimenta. Quod adeo verum est, ut etiam ignorantes procedat hanc penam incurat, modo non sit ignorancia omnino inimicibilis, & inculpabilis. Ut docuit Suar. disp. 31. sed. 1. n. 34. Garpa Hurtado de suspensi difficult. 13. n. 37. Coninch. disp. 15. dub. 5. num. 8. Ordinans vero à collatione Ordinum, praescens ab eorum executione per triennium manent suspensi. Quod si secluso hoc pacto, Ordines recipias ab Episcopo concilio tuae inopis, & defensus tituli sullam penam ipso iure incurrit. Nam esto in cap. penitent. & cap. fandorum. 70. disp. penam suspensionis in dicta ordinato fuerit, reuocata fuit in cap. cum fecundum Apofolium de Probendis. & cap. si Episcopus eodem ita, in imposta ordinanti obligatione ordinatum alendi, quam obligatiōnem solum creditur renouasse Cont. Trident. sed. 2. c. 2. de reforma. Verum si Episcopus ignarus omnino sit huius defensus, ut vero falsis probationibus titulum fixisti, eti multi probabilitate existimat se manere suspensus, probabilius est nullam suspensionem ipso iure incurrere, neque ordinantem obligatum esse tibi alimenta subministrare, ut pro qui nullam culpan comitterit: quia omnia latuū probata sunt hac 3. art. de Ordine punct. 13.

§. II.

De suspensionibus ipso iure latiis contra Clericos, ob prauum usum Ordinis suscepiti.

1. Declaratur prima suspensio aduersus Clericum recipientem oblationes à manifesto usurario, vel eius corpus defunctum Ecclesiastica sepulture tradidem.
2. Declaratur secunda qua est aduersus Parochum, vel alium Sacerdotem sue Regularem, sive Secularem, qui alterius Parochi sponsus sine illorum parochi licentia, matrimonio inungere vel benedicere ansus fuerit.
3. Tertia referunt aduersus Sacerdotem secularis, vel regularem matrimonia clandestina non prohibentem, seu illis interficiem.
4. Quarta referunt aduersus Clericum secundas nuptias benedicentes.
5. Quinta aduersus Episcopum, vel Presbyterum ingressum ad Missarum solemnia celebrandas si presumat recedere, ut ab aliis Missarum sacrificiis perficiatur.
6. Sexta aduersus Sacerdotem sacrificantem, & se à communione suspendentem.
7. Septima aduersus eos qui Ordine vivuntur in loco interdicto.
8. Octaua referunt aduersus Sacerdotes, tam secularis, quam regulares non seruantes que in decreto sancte Congregatio Romane edito 16. Iulij ann. 1525. prescribuntur.

1. Prima sumitur ex c. quia in omnibus de usariis, aduersus clericum quia à manifesto usurario oblationes receptorum, vel eius corpus defunctum tradiderit Ecclesiastica sepulture. Quae suspensio est ab officio, donec Episcopo suo videatur satisfactum, complicitaque oblationes receptas restituere iudicis sententia interueniente. Ut colligunt ex illis verbis Textus: Reddere compellatur. Nominis obligationem venit quod Dico offeretur liberè in recognitionem diuine excellentie, non vero quod debitum est, & ministris Ecclesie conceditur in suorum laborum stipendum, & eorum sustentacionem. Usurarius autem debet esse manifestus non utrumque, sed per denunciationem, quia post Extravag. Ad evananda scandalum, solum denunciatum tenetur vitare. Sicut haec omnia tradidit Suar. disp. 31. sed. 2. a. n. 6. Coninch. disp. 15. dub. 5. num. 4. Fillius. tract. 17. cap. 6. num. 100. Bonac. t. 3. de censor. disp. 3. q. 3. pun. 6. Ad idem reduci potest suspensio lata cap. Super eo de Raptoriibus. vbi Clerici qui raptoriibus Ecclesiarum abique illa facta satisfactione sacramentum absolutionis impendunt, aut eorum sepulturæ interfuerint, vel eorum elemosynas recipere attentauerint, seu huiusmodi rapiæ participes inueni fuerint Ordinis sui datum irrecuperabiliter pati, & Ecclesiastico beneficio carece debent. Quae suspensio non videtur ipso iure lata, sed ferenda, ut indicant illa verba patiantur, careant. In Conc. Trident. vero (eff. 22. cap. II. de reformat.) etiam post integrum satisfactionem, & absolutionem

nem à suorum Ordinum executione suspendi arbitrio sui Ordinarij debent.

Secunda sumitur ex Conc. Trident. sed. 24. cap. i. de reformat. quæ est aduersus Parochum, vel alium Sacerdotem sue regularem, sive secularis, qui alterius Parochi sponsus sine illorum parochi licentia (etiam si sibi licere contendant ex priuilegio, vel ex immemorabili consuetudine) matrimonio inungere, vel benedicere aulus fuerit. Quæ suspensio ab officio, & beneficio videtur esse, quia ab olore fertur, ut tradit Bonac. disp. 3. q. 3. p. 4. num. 7. Fillius. tract. 17. cap. 6. q. 4. num. 10. At ut praedicti Doctores stimant, probabilis est lenitatem Suarez disp. 3. sect. 3. n. 18. allerens solum esse suspensionem ab officio, & munere Sacerdotali, siquidem fertur non solum in Sacerdotes secularis, sed regulares, & per modum variis, & consequenter ab aliqua actione qua illis communis sit. Praeterquam quod pena culpe commensurari debet. Cum autem culpa solum sit aduersus sacerdotale officium, pena suspensionis solum sacerdotale officium spectare debet. Durat autem haec suspensio quoque ab Ordinario illius parochi qui matrimonio interesse debet, vel sponsos benedicres, ab officio præstatur, ut expresse notatur in dicto Texu. Excommunicationem autem latam in Clemenc. 1. de Privilegiis aduersus Sacerdotem regularem matrimonio abisque parochi licentia assistente, cessare credunt Sayrus lib. 4. thesauri. cap. 15. num. 10. Henr. lib. 13. cap. 39. num. 3. Fillius. tract. 17. cap. 6. num. 102. Rebello. post 4. lib. declaration. sed. 2. num. 82. Bonac. t. 3. de censor. disp. 3. q. 3. p. 5. num. 6. ob impositionem à Conc. Trident. suspensionem, ne vincum delictum duplicit pena puniatur, maximè quia receptionem apud Doctores est penam, seu legem nouo iure appositam alicui delicto corriger grauiores antiqua apposita, ut multus comprobatur Sanchez lib. 3. de matr. disp. 48. num. 8. Sed apostolum in praefenti venius videtur, ut docuit Nauart. lib. 5. Consil. tit. de paenit. con. 1. alias lib. 1. i. de constitutionib. cons. 10. Maiolus lib. 3. de irregulari. cap. 2. num. 12. Mat. i. t. fum. cap. 219. num. 14. Sanchez dictio lib. 3. disp. 48. num. 8. Quia cum haec pena ipso iure infligantur, nec sint incompatibilis, ut quae confundit est Sacerdos regularis ligata. Illa vero doctrina quod pena mitio nova lege inducta corrigit antiqua, verum habet in penis à iudice infligendissima unica actione eas infligit, non vero in illis que ipso iure late sunt.

Terterum placet Henr. lib. 13. cap. 39. num. 3. Sayro. lib. 4. thesauri. cap. 15. num. 8. suspensionem ab officio per triennium ipso iure fert aduersus Sacerdotem facultatem, vel regularem matrimonia clandestina non prohibentem, seu illis intercessione ex cap. cum inhibito de clandest. deponit. impuber. Sed rectius Couartuu. in 4. decretal. 2. p. cap. 6. num. 3. Sanchez lib. 3. disp. 48. à num. 6. Bonac. t. 3. disp. 3. q. 3. pun. 5. num. 9. Fillius. tract. 17. cap. 6. num. 102. censent solum suspensionem non esse ipso iure latam. Sed ferendam quia Texus vitetur verbo suspendatur, quod actionem Iudicis denotat.

Quarta referri solet ex cap. nullus Episcopus de consecrat. disp. 1. vbi Episcopus, vel Presbyter ingressus ad Missarum solemnia celebranda si prelumnam recederet, ut ab aliis Episcopo, vel Presbytero Missarum solemnia suppleantur, nisi aliqua passione virgente à sacro Corpore, & Sanguine Domini nostri Iesu Christi suspenditur. Sed ad haec suspensio sit ipso iure latam: an ferenda? Non convenient Doctores. Nam Sayrus lib. 4. cap. 15. num. 1. Bonac. t. 3. de censor. disp. 3. q. 3. p. 2. existimant ipso iure latam esse: quia Texus inquit: A Corpore, & Sanguine Domini nostri Iesu Christi sit suspensus, quæ verba actionem ipsius legis non Iudicis denotant. Sed rectius contrarium docuit Gloria ibi, vnde loco illorum verborum: Suspensus sit, verbo suspendatur. Et Fillius. tract. 17. cap. 15. n. 103. Nam cum in materia penali stricta interpretatione facienda sit, & verba illa suspensus sit, indifferet sit ad significandam censuram latam, & ferendam, non est cor latam esse intelligamus: maximum cum in c. nihil. 7. q. 1. vbi eiusdem casus mentio sit, dicatur, Excommunications sententia sustinetur, quod Iudicis officium requirit. Et licet Doctores dissentiant, an haec pena sit suspensio, an vero excommunicatione. Alij ut Archidiacon. dict. cap. nihil censent esse excommunicationem minorem, alijs ut Maiolus lib. 3. cap. 16. in fine excommunicationem maiorem esse affirmant, quia separatio ab altari anathema dici solet. Cap. Engeltrudam. 3. q. 4. & cap. nemo perigonantiam de consecrat. disp. 1. At verius est effusus suspensio ab officio sacerdotali celebrandi, quia separari à Corpore, & Sanguine Christi nequit Sacerdos, nisi separetur à celebrandi munere. Neque oblitus Texus, in cap. nihil, vbi expresse de excommunicatione sermo habetur, quia ibi excommunicatione ferenda indicatur

ob sacrificium, ex quaenque occasione inchoatum relinquatur; ut in cap. nullus Episcopus, si suspensio indici videtur, si relinquatur sacrificium imperfectum, ut alius Episcopus, vel Presbyter illud perficiat, ut colligit ex illis verbis: *Nullo modo auicat data occasione recedere, ut ab alio Episcopo, vel Presbytero Missarum solemnia suspetantur.*

6 Sexta sumitur ex Concilio Toleti, in cap. relatum de consuetudinibus, vbi Sacerdos sacrificans, & saepe communione suspendens (intellige culpabiliter) a gratia communionis quae indecenter priuant per annum repellit ipso iure, vt demonstrant illa verba Textus: *Anno uno repulsum se nouerit.* Non enim actionem futuram denotant, sed presentem, & à lege appositam: ut aduerterit Fillius, tract. 17. cap. 1. 5. numero 104. sed an hæc sit propria suspensi, an species excommunicacionis, vel interdicti non est constans sententia. Probabilius existimo esse suspensionem, eo quod Sacerdos communione in sacrificio omittens non prohibetur à communione more laicorum recipienda, sed à communione in sacrificio, & consequenter prohibetur à celebrazione quæ est vera suspensi. Quod si Sacerdos viramque speciem conferat vnam tantum malitiæ assumat, & ab alia se indecenter suspendat; ea tantum directe priuant, indicet tamen viram, cum non possit vnam sine alia recipere. Sicut hæc docent Sayras, lib. 4. cap. 1. f. num. 2. Alter. 2. disp. 11. cap. 3. Maiol. de irregularitatib. 3. cap. 16. Bernard. Diaz, præf. cap. 42. Bonac. t. de censur. disp. 3. quæst. 3. punct. 3.

7 Septima à pluribus Doctoribus asserta latam esse aduersus eos qui Ordine vivunt in loco interdicto. Proabant hanc sententiam ex cap. tanta de excessib. prælator. Glossa tibi verbo irritas. Sylvestri verbo interdictum 6. n. 3. Angel. eodem 7. num. 7. Armilla. num. 8. o quod sententia data ab Episcopo violante interdictum, & collationes, & institutiones beneficiorum ab eodem facta, decernuntur irritæ, & inanes. Signum ergo est suspensum esse ab officio, qui hæc est suspensi quæ iurisdictione priuat. Alij hanc suspensionem probant ex cap. Episcoporum de Privilégio in 6. Alij ex cap. postulati de Clerico excommunicatus, ministr. Alij ex cap. 3. qui de sententiæ excommunicatis. Sed vi rectè expedit Filiius, tract. 17. cap. 1. quæst. 2. num. 8. ex nullo ex prædictis Textibus suspensi probatur. Nam ex cap. tanta id non conuinatur. Non enim sententiae datæ ab illo Episcopo qui violauit interdictum decernuntur irritæ, quia suspensus erat à iurisdictione ob interdicti violationem, sed quia erant iniusta. Vnde non omnes sententiae, & collationes ab eo factæ irritantur, sed ex tantum, quæ occasione interdicti violandi prolatæ sunt, ut ibidem caetur in 2. parte illius Textus, manifestum est non fieri ipso iure suspensionem, siquidem dicitur eos qui prædictum interdictum violarunt autoritate Apostolica ab officio, & beneficio suspendas: indicatur ergo sententia ferenda, non ipso iure lata. Neque item probatur haec suspensi ex cap. Episcoporum; quia ibi solum continetur quadam species interdicti laicis, & Clericis communis, scilicet prohibito ab ingressu Ecclesie. Neque probatur ex cap. postulati: quia ibi assertor Clericos violatores interdicti si laiculæ sint, esse beneficij spoliandos; si vero regulares in arctum monasterium deterrundos, quod postnam ferendam denotat, non latam. In cap. vero, qui non suspensi, sed potius irregularitas quedam indicatur, siquidem ineligibilis redditur. Praterquam quod illa verba Textus, *Adeo efficiunt ineligibilis*, ut neque ad eligendum cum aliis debeat admitti; non videntur sententiam latam, sed ferendam contineat.

8 Octaua referri potest ex decreto sanctæ Congregationis Romanæ visitationis, edito die 10. Iulij anno. 1625, quo suspenduntur à munere audiendi confessiones Sacerdotes tam seculares, quam regulares, non scrutantes ea quæ in prædicto decreto statuuntur, videlicet si absque expressa licentia in scriptis Romani Vicarii confessiones in priuatis dominibus audiant, dummodo non fuerint Cardinalium, Oratorum, Regum, & magnorum Principum, Ducum, & nepotum Romani Pontificis, vel infirmorum qui nequeunt absque gravi incommodo ad Ecclesiæ confugere: Cum vero confessiones in Ecclesiæ audierint, debent si Clerici seculares sint superpelliceo, & itola indui, si regulares itola. Mulierum vero confessiones si contingat in ædibus fieri, semper excipienda sunt ostiis aperi. Hæc constitutio, illiusque poena extra Episcopatum Romanum vim non habet, cum non à Pontifice, sed à Congregatione visitationis lata sit. Quinimo Virbanus VIII. prædictam prohibitionem magna ex parte creditur temperasse, vel potius abstulisse. Sicut latius hæc tradidit Bonacina tom. 3. de censur. disputatione. 3. quæstio 3. puncto 4.

S. III.

Expenduntur suspensiones ipso iure latæ aduersus Clericos, ob violationem obligatio-
num, quæ ipsorum sunt
propria.

- 1 Prima suspensi refertur quæ est aduersus Clericos scientiam aliquam ad Episcopatum, Recloriam, seu beneficium eli-
gunt, contra formam prescriptam in cap. cum in cun-
dis de electione.
 - 2 Secunda refertur aduersus electores, & qui per abusum se-
culari potestatis aliquam ad beneficium Ecclesiasticum
eligunt.
 - 3 Tertia aduersus confirmantem, seu approbantem electionem
indignam.
 - 4 Quarta continetur aduersus Clericos beneficium habentes,
seu curam aliquam Ecclesia, qui Ecclesiam alienis de-
bitis grauans &c.
 - 5 Quinta aduersus Clericum beneficium qui aliquid mal-
tiosè opponit in personam electi ad dignitates personatus,
Canonia, & in probatione deficit.
 - 6 Sexta aduersus electores Episcoporum, qui electionem faciat
sue in concordia, siue in discordia culpabiliter omis-
sione electo infra octo dies &c.
 - 7 Septima aduersus compromissarium, qui scienter eligit in-
dignum ad Episcopatum, vel superiorum digni-
tatem.
 - 8 Octaua aduersus eos qui Sede vacante bona Ecclesiæ Cath-
edralis Regulari, vel Collegiata occupant, inter se di-
vidunt, usurpiunt, dilapidant &c.
 - 9 Nona aduersus exercentes manus conservatores, & ne alii
quam de manifestis iniuriis, & violentiis sciente se in-
tromittentes.
 - 10 Decima aduersus Iudices Ecclesiasticos, ordinarios, &
delegatos, qui in iudicio contra conscientiam, & contra u-
niuersitatem in grauamen partis alterius quidquam fecerint
per gratiam, vel per fides.
 - 11 Undecima aduersus Clericos inferiores Episcopo, archimique, sa-
miliares, qui occasione visitationis Ecclesiæ aliquam pecuniam, seu munus etiam sponte oblatum præter modum
victum sui, & suorum pro tempore visitacionis
in iumentum accepérunt, nisi in infra menem duplum Ec-
clesiæ grauans & reflisterint.
 - 12 Duodecima aduersus Clericos beneficiatos, qui vesti seculari
abfue rationabiliter causa uentur.
 - 13 Decimateria aduersus Cancillarium Universitatis, conser-
tem gradum Doctoris, vel Magistri non exacto primi
iuramento à Doctoreando, quod in ea solemnitate non in-
sumet ultra tria milia Turonensem argenteorum.
 - 14 Decimaquarta aduersus postulantes Cathedralis Ecclesiæ
qui 27. annum nondum attigerint, vel postulantes reli-
giose Mendicantes ad inferiores Ecclesiæ Cathedra-
lium.
 - 15 Decimaquinta aduersus Ordinarios quoscumque, coram
commissariis, & delegatis, qui in Romana curia pro
suis negotiis commorantes, beneficiis priuant, alioquin con-
seruant.
 - 16 Tandem refertur suspensi aduersus Episcopos, aliosque Prelati
admissiones resignationem contra formam prescri-
ptam a Pio V.
- P**rima suspensi ipso iure lata habetur in c. cum in cunctis.
Clerici de electione, aduersus Clericos qui scientiam aliquam ad Episcopatum, Recloriam, seu beneficium, cui amarum cura annexa est, eligunt, contra formam in dicto cap. prescriptam, que est, ut nemo in Episcopum eligatur qui utrigenium atque annum non exegreditur, & ex legitimo matrimonio natus non fuerit, & vita & scientia commendabiles non demonstretur. In Decanatum, Archidiaconomatum, alioquin beneficium parochiale nisi vigesimalium quinque annum inchoauerit, & moribus, & scientia commendandus exiliat. Elige-
gens igitur ad prefata beneficia contra predictam formam triennio suspenduntur ab Ecclesiasticis beneficiis non quibuscumque, sed illius Ecclesiæ in quam eligendo indignum deli-
quit, iuxta texum in c. si compromissarius, de electo, in 6. Et no-
tavit Suar. disp. 1. 2. f. 3. num. 10. Bonac. 3. de censur. disp. 1.
quæst. 4. punct. 1. num. 8. Et insuper priuant ipso iure postulantes
eligiendi pro ea vice. Quod si in illa Ecclesiæ nulla beneficia
obtinet, hanc suspensionem à beneficio non incurrit sed
ab initio iudicis puniendus venit. Debet autem electio fieri in-
digni, indigneate prouenient ex defectu status, nativitatis
morum, & scientie ad prefata beneficia requiritorum, quia id
necessarium est, ut electio esse censeatur contra formam in
ex textu prescriptam. Quare si ex alio capite indigneas pro-

venit; non est locus huic censuræ; vt notauit Suar. *suprà*, n. 2. Item debet esse electio ad Episcopatum, Decanatum, Archidiaconatum, aliud; beneficium, cui animarum cura annexa sit, quia de ipso tantum texus loquitur. Vnde pro electione indigni ad beneficia simplicia nulla est pena ipso iure statuta. Episcopi vero si in hac electione delinquant, hanc suspensionem non incurunt, quia non exprimuntur priuati tamen potestate predicta officia, & beneficia conferendi: vt habetur in *dicto cap. cum in cunctis*: & ex alia parte debent puniri penas suspensionis quod non est latas ferenda iuxta texum in *c. nihil est de electione*: & notauit Suar. *suprà*, & Bonac. n. 7.

Secundum aliqui affirmant ferri suspensionem in *cap. quisquis de electo*, aduersus electores qui per abusum secularium potestatis aliquo ad beneficium Ecclesiasticum eligunt. Sed verius est quod docet Glossa *ibi verbo suspendantur*. Suar. *dispu. 3. 1. sec. 3. numero 12*. Bonacina *tom. 3. de censur. disputat. 3. quest. 4. punct. 5. num. 3.* suspensionem ab officiis, & beneficiis *ibi* oppositionem non esse ipso iure latam, sed ferendam, vt constat ex illis verbis *Textus: Ab officiis, & beneficiis penitus suspendantur per triennium*. Nam verbum *suspendantur actionem iudicis denotat*: suspensionem vero, fei priuati nem potestatis eligendi quam incurunt, existimat Suar. *suprà*, n. 12. ipso iure incurri ex illis verbis: *Elegundi tunc potestate priuata*. Sed probabilius Glossa *verbo tunc*. Alterius *t. 2. dispu. 16. cap. 5. sub finem*. Bonacina *dicto pun. 5. num. 3.* censent eam priuationem non inducendo iure, sed posita triennali suspensione ab officiis, & beneficiis: quia illa verba præstant hunc sensum, qui prefatam electionem per abusum secularium potestatis presumperint celebrare, ab officiis, & beneficiis penitus suspendantur per triennium, quæ suspensione durante eligendis potestatis sint priuati. Illud est certum Episcopos huic penæ non suffici, quia illorum in hac parte non est facta expressa mentio. Præterquam quod ipsi ibidem alteri cauenterunt, electio verbi electioni præfata confidentis, electionis commode caret, & ineligibilis est, & absque dispensatione non valit ad aliquam eligi dignitatem. Conferatur autem electio fieri cum abuso potestatis secularium, quando secularis potestas absq[ue] privilegio Pontificis se electioni immitet, & autoritatem illi præberet intendit, quod si electores Ecclesiastici liberè permittant: predictis penas subiunguntur.

Terro placet graibis Doctoribus, *Glossa in cap. nihil est de electione*. Henr. lib. 13. cap. 39. num. 2. Sayr. lib. 4. cap. 12. num. 35. Vinaldo, *rit. de censur. penit. 97.* confirmantem, seu approbantem electionem insigni arate, scientia, & moribus ad curam animarum, suspensi a futuris beneficiis, & priuati potestate confirmandi primum illius electi successorem. Sed *textus Bonac. 1. 1. de censur. dist. 3. q. 4. p. 4.* existimat in predicto texu non ferri suspensionem ipso iure, quia viris verbis careat, & suspendatur quæ ludicis officium requirant, iuxta benigneorem interpretationem, quæ in decretis pontificis amplectenda est.

Quarta suspensio continetur in *cap. si quorundam 2. de solutione*, aduersus Clericos beneficium habentes, seu curam aliquam Ecclesie, qui Ecclesiastici alienis debitis gravauit, seu litteras vel sigilla alii concedunt, quibus Ecclesia possit obligari ab administratione spiritualium, & temporalium ipso iure suspenduntur, & insuper decernitur Ecclesiastis ad solutioinem talium debitorum nullatenus teneri, nisi quatenus in eius utilitatem conuersum sit. Sicut latius explicit Glossa & Panormi *ibi*. Suar. *dispu. 3. 1. sec. 3. numero 2*. Filiuc. *tract. 17. cap. 6. q. 5*. Bonacina *tom. 3. de censur. disput. 3. q. 4. pun. 14.* & ali: Sed an hæc suspensio summo Pontifici referetur? Varians Doctor. Nam *panormit. num. 5. Suar. num. 2. Filiuc. num. 107.* affirmant, eo quod hæc suspensio videatur latu per modum penæ, & non per modum censuræ. Sed rectius contrarium docuit Angel. *verbo suspensi. 1. cap. 6. 1. Sylvest. edens. 6. vers. 10*. Bonac. *pun. 1. 4. num. 8.* quia nullum est verbum ex quo colligatur hanc suspensionem in puram penam esse impositam, & casu quo in penam imposita est, cum non referatur Episcopo, venit concedenda iuxta ea quæ *pun. 4. diximus*.

Quinta furtur in *cap. statutum. §. adiunctives de elect. lib. 6.* & in *cap. si compromissarius edens*. Et lib. aduersus Clericum beneficium, qui aliquid malitiosè opponit in personam electi ad dignitates, personatus, vel canonicas, & in probatione deficit. Quæ suspensio triennalis à beneficiis sub intelligitur habitat in illa Ecclesia cuius electionem impugnare conatus est, ut pena sit culpe proportionata: & colligitur ex *dicto cap. si compromissarius & ibi Glossa verbo illius beneficis*. Suar. *dispuat. 3. 1. sec. 3. num. 11. in fine*. Filiuc. *tract. 17. cap. 6. q. 8*. Bonacina *tom. 3. de censur. disput. 3. q. 4. pun. 9. num. 8.* Quod si non obstante hac suspensione administratio ni beneficiorum temere se ingesserit ipso iure beneficia perpendere priuatur, nullam super hoc de misericordia spem, aut fiduciam habitur, nisi manifestissimi constituerit documentis, quod ipsum à calunnia virtio causa probabilis, & suffi-

Ferd. de Castro. Sum. Mor. pars VI.

cient excusaret. Ut autem hæc priuatio effectum habeat, neccesse est accedit sententia saltem declaratoria criminis, quia nemo tenetur ius quantum à se abdicare, nisi per sententiam compulsi, vt adserit Bonacina *dicta disput. 3. q. 4. pun. 9. numero 9*. Impugnata vero prefatam electionem non ob defectum electi, sed ob defectum electorum, vel ob omissam formam in electione seruandam, si plenè non probauerit ad expensas fasas à parte aduersa condemnandus est & vt cauetur in *dicto cap. statutum*: quod idem dicendum est si deficit in probatione defectum quos in personam electam obicit. Est tamen differentia inter hunc calum, & præcedentem, quod impugnat electionem ob defectum formæ, plenè probare debet impugnationem, vt condemnationem expensarum evitetur: ac impugnat electionem ob defectum electi videretur fastidiose sive intentioni, si sempliè defectum probauerit, & quia stante tempore probatione dici nequit calumnia. Et forte ob hanc causam diversimodè texus de his probationibus locutus est: si enim veller obiciebat electio defectum suspendere à beneficiis, eo quod in probatione plena defecterit, cur non addidit plena, sicuti explicat in calu præcedenti? Non igitur incurrit hæc suspensionem, esto in probatione plena defectus obiecti deficit, si sempliè illum probauerit. Vt tradunt Hostiens. & Archidiacaon, relati a Glossa in *dicto cap. statutum*, verbo qui vero in probatione. Suar. *dispu. 3. 1. eth. 3. num. 11*. Sed verius est quod indicat *ibi* Glossa, & docuit Germanian. num. 5. Anchurian. num. 6. Alterius, *t. 2. dispu. 13. cap. 4. col. 2*. Bonac. *dispu. 3. q. 4. pun. 9. num. 4*. si deficit in probatione plena suspensionem subiicit, quia id videtur explicatum à Gregor. X. in *cap. vii. circa de electib. 6.* vbi referens, & confirms decisionem Innocent. I. V. in *capit. statutum* inquit: *Illa sane qua felicis recordationis innocent.* Papa quartus, contra non plenè probantes ea que in formam, vel in personam obiecierunt, in suo volumus robore permanere. Notandumque est verbum plene, quod afficit utrumque obiectum scilicet in formam, & in personam. Præterquam quod in probatione deficit qui plenè suam intentionem non probat; siquidem ob illius defectum obtinere non posset electionis cessationem. Vt notat Glossa in *Clemen. constitutionem*, verbo *fides ad electione*. Illud certum excludi ab hac censura, si inculpabiliter in probatione deficit, eo quod testes de veritate depositi renuant depone, vel ipse electus à defectu obiecto liberatus occulcerit. Sicuti notauit Suar. *dicta disputat. 3. 1. sec. 3. num. 12*. Filiuc. *tractat. 17. cap. 6. q. 8*. Bonac. *tom. 3. de censur. dispuat. 3. q. 4. pun. 9. num. 7*. Item si obiectis pluribus defectibus unum tantum plenè probes, qui sufficiunt sit ad electionem castigandam, vt docet Glossa alii relatis in *dicto cap. statutum*, verbo *deficer*, quia ea probatione stante concuinicit nec dolosè egit, nec temere electionem impugnasse. Ad extreimum aquerte nomine electi, intelligi debet quemlibet presentatum, nominatum, postulatum, seu quolibet modo prouisum. Argum. cap. si *compromissarius de elect. lib. 6*. Deinde debebit esse prouisum non ad quocunque beneficium, sed ad dignitatem personatum, seu *canonicatum*, vt declaratur in *dicto cap. statutum*, §. sed eti pars. Et notauit *ibi* Glossa Suar. *dispu. 3. 1. de censur. sec. 3. num. 2*. Filiucius *tractat. 17. cap. 6. q. 8*. Bonac. *dispu. 3. de censur. in partic. q. 4. p. 9. n. 3*. Sub nomine dignitatis Episcopatus videatur comprehensus. Argum. cap. si *compromissarius de elect. in 6.* quia est suprema dignitas, & trahunt relati Doctores.

Sexta habetur in *cap. cipientes*, §. *ceterum de elect. lib. 6.* aduersus electores Episcoporum, qui electionem factam sive in concordia, sive in discordia culpabiliter omiserint presentare electo infra octo dies, enumerandos non à puncto electionis, sed ab eo puncto quo electione facta possit commodè electo eam presentare. Hi igitur omnes, & singuli qui culpabiles in hac omissione exiterint ab omnibus beneficiis, quæ in illa Ecclesia de cuius electione agitur, obtinent, suspenduntur per triennium continuum, enumerandum ab eo puncto quo dicta suspensio contrahitur. Quod si illo triennio durante temere se ingesserint in praedictorum beneficiorum administratione illis perpetuò priuantur. Sicuti hæc omnia tradit Glossa *ibi* & Doctores communiter. Paludan. *dispu. 18. q. 7. cap. 1. Sylvest. verbo suspensi. n. 4.5. Henr. lib. 1. c. 3. 9. num. 2. Sayr. lib. 4. *thesauri. c. 1. n. 12*. Suar. *dispu. 3. 1. sec. 3. num. 4*. Bonac. *dispu. 3. de censur. dispu. 3. q. 4. p. 8*. Eadem pena extenditur in *dicto cap. aduersus electores* se electioni opposentes, qui infra tempus, & modum *ibi* praetextum ad *Sedem Apostolicam non accesserit* per se, vel per procuratores, aut certas personas ad hoc destinatas ad reddendam totius negotiationem. Et tandem idem decernitur cum aliquis postulatur. Hæc rāmen electiones iam non sunt in usu, vt bene aduersus Suar. *dispu. 3. sec. 3. num. 5*.*

Septima continetur in *cap. si compromissarius de elect. lib. 6*, aduersus compromissarios qui scienter, seu ut alii placent ex ignorantia errant, & culpabili eligi indignum ad Episcopatum, vel superiori dignitatem, non vero ad dignitatem inferiorem, suspenduntur triennio à beneficiis Ecclesiastici, si quæ haberit in illa Ecclesia in quam deli-

O quia

quit. Compromittentes vero si scienter ratam indigat electionem habuerint pro ea vice eligendi sunt potestate priuatis suspensionem tamen praedictam non incurunt, quia nec in dicto cap. si compromissarius, neque alibi habetur. Atque ita tradunt Glossa ibi: Suar. disp. 31. sect. 3. num. 9. Alterius 12. disp. 13. 12. Bonac. 13. de censur. disp. 3. q. 3. P. 3. Eademque pena suspensionis extenditur ad eum qui alicuius Episcopi, vel Superioris electionem, postulationem, aut prouisionem impugnans in probatione deficit eius quod obicit in personam electi, iuxta ea que superius annotauimus.

8 Octaua refertur in cap. quia sive de elect. lib. 6. aduersus Capitula, Collegia, Conuentus, & singulare personas, que Sede vacante bona Ecclesie Cathedrales, regularis, vel collegiate à Praetatis ipsarum Ecclesiarum dimissa, vel vacationis tempore aliquo modo obuenientia, queque in utilitate dictarum Ecclesiarum expendi debent, vel futuri successoribus referuari, occupant, inter se dividunt, surripunt, dilapidant, dissipant, & consumunt in eorum gracie dilendum, & taciturn. Qui ergo hoc facere presumperint ab officio, & beneficiis quibuscunque suspenduntur, donec plene restituenter quid bonis acceperint sopradiuis.

Sub hac constitutione solum comprehenduntur personæ quæ sunt ex Ecclesiæ, Collegio, seu Conventu, cuus bona usurpanter, quia pro his tantum est dispository, ut constat ex illis verbis: *Capitula, Conuentus, Collegia, & singulare coramdem persone.* Et notauit Glossa verbo coramdem. Secundum non comprehenduntur usurpantes bona quæ ad alios præter Ecclesiam, vel successorem pertineant, quia de his tantum bonis textus locutus est. Tertiù non extenditur ad usurpantes bona, quæ ad inferiores beneficiatos, vel Ecclesias spectant, quia constituto solum agit de bonis Ecclesie Cathedrales, Regularibus, vel Collegiatæ: sicut latius tradidit Suar. disput. 31. sect. 3. num. 3. Bonac. 13. de censur. disp. 3. q. 4. p. 3. per se.

Hac suspensiō est ab officio tum Ordinis, tum iurisdictionis, & etiam à beneficiis non solum illius Ecclesie in quam commissum est delictum, sed ab omnibus vbi quod possitis, quia id denotat pronomen illud quibuscumque, quod generale est, & omnia comprehendit. Argum. l. g. à procuratore. Cod. mandati. & cap. solita de maior. Et obedient. & notauit Bonacina disput. 3. quest. 4. punct. 1. 5. num. 9. aduersus Panorm. Alterium, & alios. Durat autem suspensiō donec plene restitutum fuerit quod sublatum, vel dissipatum est. Centebitur vero plenē esse restitutum, tametsi materia leuis quæ peccatum mortale non attingat, omitatur, vel si cui restitutio facienda est, remittatur, ut notauit Bonac. suprà, numero 12. & 13.

Huic suspensioni similis est quæ habetur in cap. præsenti, de officio ordinarii in eis vbi suspenduntur ab officio, & beneficio, omnes Ecclesiasticae personæ Episcopis inferiores, quæ vacationibus personatus, dignitatus, prioribus, vel alii Ecclesie sibi subiecti, vel ad eorum collationem, ordinatorem, presentationem, vel custodiā pertinentibus bona in ipsi inventa, seu vacationis tempore venientia occupant, aut in suis vīs quomodolibet conuerte præsumunt, nisi aliquo iusto titulo ad illos pertineant.

9 Novo suspendunt qui munus exercentes conservatoris de aliis quam de manifestis iniuriis, & violentiæ scienter se intromiserint judicaturi, seu ad alia quæ iudiciale inquaginem exigunt, suam extenderint potestatem. Vt habetur in capite hac constitutione de officio, & poret, iudicia delegata. Et notandum est verbum scienter, nam si ex ignorantia etiam culpabili (modo afflata non sit) aliquid horum contingat, huic censura non est locus, vt tradit Suar. disput. 31. sect. 3. numero 17. Filiucci tradit. 17. capit. 6. numero 13. Moneta de conservatoriis. cap. 7. q. 12. Bonacina tom. 3. de censur. disput. 3. quest. 2. punct. 3. numero 10. Episcopi eti numeretur inter illas personas quæ officium conservatoris exercere possunt, non tamen huic censura subiecti, esto delinquentes sive quia in prædicta suspensione non exprimuntur, quod necessarium erat iuxta Textum in cap. quia periculofum, de sentent. excommunicati. in 6. vi docuerunt Suar. Filiue. Bonacina doc. alleg. aduersus Monetam. d. q. 12. suspensionem quam hi conservatores incurrit ex stimata Suar. disput. 31. sect. 3. num. 17. Moneta de conservatoriis. cap. 7. q. 12. esse officio absolute tum ordinis, tum iurisdictionis. Quæ opinio suffinenda est specie prædicto cap. hac constitutione, quia ibi nulla restitutio constituta est. At spectatà constitutione Gregor. X. V. edita 20. Septemb. anno 1621. quæ incipit: *Sanctissimum in Christo Pater,* solum est suspensiō ab officio conservatoris, ut in eo conservato: puniatur in quo deliquerit. Neque hæc suspensiō extenditur ultra annum enumerandum ab eo die, quo limites sua potestatis excessit. A beneficio autem nullo modo manet suspensiō, quia neque in capit. hac constitutione, neque in Bulla Gregorii mentio facta est, & penes non sunt extendendæ ultra verborum proprietatem: vti aduersit Suar. loco citato. Bonacina tom. 3. disputat. 3. quest. 5. punct. 2. in fine.

Decimò lata est suspensiō ab Innocent. IV. in cap. em. 13. aterni., de sentent. & re indic. lib. 6. aduersus ladios Ecclesiasticos ordinarios, & delegatos, qui in iudicio contra conscientiam, & contra iustitiam in grauamen partis alterius quidquam fecerint per gratiam, vel per fortes. Et hi suspendunt ipso facto per annum à die commissi criminis ab executione officij non solum iurisdictionis, sed etiam ordinis, si quidem irregulares sunt, si suspensione durante damnablem se ingelerint diuinis, vti notauit Geminian. lib. Nauar. cap. 27. numero 157. Sayrus, lib. 4. thela. lauri, cap. 13. num. 3. Suar. disputat. 3. de censur. sect. 3. num. 16. Bonac. tom. 3. de censur. disput. 3. q. 5. punct. 3. numero 8. Sub nomine Iudicis ordinarij, vel delegati non comprehendunt arbitrii, arbitrari complicitarius, qui non tam sunt Iudices, quam complices, & à fortiori non comprehendunt meus executor, quia hic non iudicat, sed iudicatur ex parte: sicut tradit Glossa ibi verbo in iudicio. Nauar. Suar. Sayrus. Bonacina doc. alleg. Episcopus vero est iudex ordinarij sit, quia tam in præfata suspensiō non exprimitur, sub ea non comprehendunt, iuxta repetitum textum in cap. quia periculofum. De sentent. communicat. in 6. Ad incurramd ramen hanc suspensionem requiri ut iudex in iudicio non extra aliquid praesumatur, certe in grauamen alicuius partis contra conscientiam, & contra iustitiam. Potest enim procedere contra conscientiam, si ex odio sententiam proferat, & non contra iustitiam, quia sententia iusta est eti iniquè prolate & posse procedere contra iustitiam, & non contra conscientiam, per cogitantiam quod iniustum est pro illo iudicatur. Requirit ergo utrumque & quod grauamen iniustum sit, & quod sit contra conscientiam: vt docuit Glossa in d. verbo in contra. Nauar. c. 27. m. 157. Suar. disput. 31. sect. 3. m. 16. Sayrus lib. 4. c. 13. num. 2. Bonac. disput. 3. q. 5. punct. 3. numero 2. Deinde nec illum est, vno uenatur iudex ab præfatum grauamen inferendum pergitam, vel per fortes, hoc est fauore alicuius, & in illius grauam, vel ob munera donationem, aut promissionem. Sicut ex Piatolo, verbo gratia, & verbo fortes aduersit Bonac. dicti punct. 4. num. 4.

Vndeclimo in cap. exigit de censibus lib. 6. à Gregorio XI. lata est sui penitentiæ aduersus Clericos inferioris Episcopo, & iuniorum familiarium, qui occasione visitationis Ecclesiarum ubi subiectum aliquam pecuniam seu munus etiam sponte oblatum moderationi vicium iuri, & suorum pro tempore visitationis inserviendum accepérunt, nisi infra mensem duplum Ecclesiae grauata restituerint, vel vt melius dicam, nisi infra duos menses prædictam restitutum non præstent, iustitia Extag. vni. inter communis, vbi tempus restitutio protulatum fuit. Quod si Episcopi in hac parte excellerint, ab iudeo Ecclesiæ interdicuntur, donec duplum illius quod acciperint restitut. Et licet in prædicto cap. exigit. & in cap. Romana. §. procuratores, codem titul. & lib. prohibut si procurations in pecunia exigi, vel oblatas recipi: artamen in cap. Feitiis, codem tit. & lib. concessum est vt iij. quibus visitatio ex officio incumbit, recipere possint in pecunia procurations, modo à visitatis sponte offertur.

Personæ aduersi quas hac pena iniungit, sunt visitatores Ecclesiarum ex officio, & iure ordinario, vt colliguntur dicto capite Romana. ibi: *Ordinario iure suis subditis visitatibus.* Et ex capite felicis, ibi: *Epiſcopi, & aliquatenus ex officio competit visitare.* Hi gitur si fuerint Episcopi, vel Sejm. res munus aliquod occasione visitationis receptor, vel præcognitionem in pecunia exegerint, vel visitationis officio in iuncto procurationem in visitatibus receptor, duplumque illius quod sic receptum est infra duo menses Ecclesie non restiterint, ab ingressu Ecclesie interdicuntur, quoniam que restitutioem premitur si vero inferioris Episcopi fuerint, si suspensiō ab officio, & lectione subiecti, non obstante remissione facta ab eis quibus restituto est facienda. Quam constitutionem non est debiū extendi ad regulares visitantes Ecclesias parochiales sibi subiectas, eo quod iure ordinario iure suis subditis visitatibus, plenē obseruari precipimus. Salutis honoratiōnibus, & approbatiois Religioſorum confuditim, & regularibus instituti. Quibus verbis omnes Prelati secularis, quam regulares iure ordinatio visitantes comprehenduntur, & formam ibidem prescriptam obseruantur, nisi forte ex regulari initio, & rationabilis coniunctio permisum sit aliquid, ultra virtualia accipi, quia eo casu hac censura non ligantur: nisi si præter id quod ex rationabilis consuetudine regularique instituto, eis competit, aliquod munus accipiant, huic censura subiecti, ut bene notauit Paludan in d. 18. q. 7. art. 2. cap. 5. Sayr. lib. 4. his. art. cap. 15. num. 27. Bonac. 13. de censur. disp. 3. q. 5. p. 4. num. 7. Notanter dixi iure ordinario, nam si ex iure extraordinario & delegatione Pontificis aliquis Ecclesias, monasteria, & loca

pia visceret, & formam in cap. Romana prescriptam non obser-
vat, huic centuræ, & poëtae non subiicitur, ut notauit Glossa
in dicto cap. exigit verbo visitationis. Paludan. & Sayros, &
Bonac. suprà. Quinimo his delegatis, & nuntiis debentur
non solum viualia, sed etiam mercedes eorum, & via-
tuum, ut de loco ad locum transire commode possint, ut tradit
Glossa in Clement. 2. verbo si velutinum, de censib. Azor. 2. p. insit.
moral. lib. 3. cap. 42. quæst. 8. Quod ad eò verum est, ut nullo vi-
sitationis officio impensum sumpus, & viaticalis his legatis
Apostolicis debentur ab Ecclesiis, ad quas dum legationis
officio funguntur, accesserint. Argum. cap. procurations. Cap.
inflammat. Erit Abbas de censibus. Et notauit Azor. dicto cap.
42. quæst. utrum in super familiariis Praelatorum iure ordina-
tio viuantium, sit aliquid vlera viualia sibi, siusque Praela-
toris debita recipiant, ab officio, & beneficio suspenderunt, sicut
& visitatores, ut constat ex dicto cap. Romana ibi: Nec ipse,
ne quisquam suorum. Et ex dicto cap. exigit, ibi: Visitatoriis,
exinde familiariis. Et ex Conc. Trident. seß. 24. c. 3. de re-
form. ibi: Neve ipsi, aut quisquam suorum. Et notauit Bonac.
disq. 3. q. 5. pun. 4. num. 8.

Actio vero ob quam hæc suspensus, vel interdictum indici-
tum visitatoriis, eorumque familiaribus, ex receptione aliquius
meritis ultra viualia occasione visitationis, vel viationalium
receptione non impensum visitationis officio. Venerabilem ex
officio visitatori debitus est vietus necessarius tum in stipendi-
um sui laboris tum in subiectiōnis debitis signum. Sicuti
notauit Glossa ab omnibus recepta in cap. Romana. verbo
visitationis de censib. in 6. Quod ad eò verum est, ut ne pre-
scriptione, nec consuetudine ab hac obligatione eximi pos-
sunt iuri antiquo spectato ut deciditur cap. cum ex officio de
prescriptionib. Attamen iure novo Conc. Trident. seß. 24. cap.
3. de reform. constat consuetudis praesertim aliqua
loca posse, ne teneantur suis visitatoriis procurations sol-
vere, ut notauit Praxis Episcop. 2. p. verbo visitatio. 3. cap. in
fus. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 57. num. 19. Barbosa
de poëta episcop. alleg. 7. 1. num. 4. 8. EA autem prescriptio censem-
dæl nisi alii sumi. Post scis priuilegios nam sicut nullus
eximi prescriptione potest à visitatione, sic nec à procuratio-
ne soluenda, quæ visitationi est accessoria, ut recte Felix in d.c.
ex officio de prescriptiōnib. Azor. 2. p. lib. 3. cap. 42. quæst. 14. Prae-
terquæ quod hæc præscriptio odiofa est, riporta quæ in detri-
menum Ecclesiasticæ disciplinæ cedit; siquidem ea posita
restabuntur Praelati à visitatione præstanta, sicuti alii con-
tinent procuratione concessa. Non igit sola præscriptione ha-
ben potest. Quod intelligendam est, quando loca ita exem-
pa sunt à solutione procurations, ut in nullum alium suum
eius transfluerint, secū si in aliis onus transflatum sit: hæc
cum exemptione optime præscribi potest; ut latius tradit Azor.
tom. 2. inst. moral. lib. 3. cap. 42. quæst. 11. diminuere autem pro-
curationem retenta sufficiens quantitate ad commodum
visitatori præscriptione, consuetudine, pasto, & lege
valet præferi. Secùs vero que hanc diminueret quanti-
tatem. Quapropter solo Pontificis priuilegio eximi ali-
quis potest à procuratione soluenda in nullum alium hoc
overe translato, in cuius priuilegijs concessionē attendi debet;
ut visitationi aliud necessaria prouideantur, ne visita-
tio negligatur.

Hac procurationem soluere obligantur quælibet Eccle-
sia, Monasteria, & personæ quæ visitatori spectato iure com-
muni, ut constat ex cap. 1. & vlt. de censib. in 6. & ibi Glossa
communiter, recepta, solum est dubium de laicis, an compelli possemus hanc procurationem soluere; Ut quidem quan-
tanquam certum Azor. 2. p. insit. moral. lib. 3. cap. 42. q. 3. quia
tunc non ratione sui fed ratione sui Patrochi, & in illius de-
fensione compelluntur, ne fuo labore visitator defraudeat, nè
ut visitatio necessaria omittatur. At si Ecclesia, vel Rector vi-
ficandus potestatam habent soluendi procurationem, variant
Doctores, an laici compelli debeant ad soluendam procure-
nationem? Nam Glossa vlt. in cap. placuit. 10. quæst. 1. Iohann.
Andreas, & Immol. in cap. Romana de censib. in 6. Quibus
alhære videatur Azor. 2. p. lib. 3. cap. 42. q. 3. centent laicos
compelli posse, siquidem visitationis beneficium recipiunt,
neque possumus illud repellere, & consequenter neque vale-
bunt repellere expensas visitationis annexas. Sed rectius eadem
Glossa in d.c. placuit, & in cap. 1. de censibus. lib. 6. verbo lai-
cos, negat obligari laicos posse ad prædictam expensarum so-
lutionem, quod declinatur lacra Cardinalium congregatio
teſſe Barbola, allegat. 7. 3. num. 4. 5. & in remissiōnib. Conçy. dicto
cap. 3. Bonac. disq. 3. q. 3. pun. 4. num. 12. Nam cum Praelati Ec-
clesiastici præcipue ad visitandas Ecclesias, loca pia, & perso-
nas Ecclesiasticas procedant, ab his vult Ecclesia ut expensa
exigantur, non à laicis quos ex consequenti visitant, nisi
voluntari illas concedant. Quod ad eò verum existimat, ut
etiam quando Ecclesia, illiusque Rector pauperes sunt, ne-
que facultatem habent procurationem soluendi, laici
compelli non debent, sed gratis visitatio facienda est,
& suis expensis, visitatores alendi sunt. Quod à fortiori

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars V.

procedit, cum hospitalia, aliaque loca infirmorum visitantur
à quibus procurations exigiri nequeunt, uti traditur, & de-
cimus referunt Praxis noua Episcopalis 2. part. cap. 3. num. 6. 5.
Barbosa 3. part. de poëta Episcop. alleg. 7. 3. numero 50. & seqq.
Succ. de alment. tit. 4. q. 22. num. 6. & seqq. Bonac. 3. dispu. 3.
quæst. 5. p. 4. num. 10.

Sed an Ecclesiæ civitatis ybi Episcopus Cathedram habet,
vel illarum Rectores solvuntur debeant procurations cum vi-
sitantr? Negat Praxis noua Episcop. 2. p. cap. 3. numero 6. 5.
& Barbosa alleg. 7. 3. num. 6. idque à sacra Congregatione
sapienter decimus referunt. Quinimò Barbosa relato Marco
Antonio Genucini in manuali pastorum. cap. 25. numero 9. ex-
istimat neque posse Episcopum procurationem recipere ab ea
Ecclesia, ex qua posset ab domum propriam ad prandium re-
dire, ductus illis verbis Concilij Trident. seß. 24. cap. 3. deri-
format. ibi: Exceptis tantum viualibus que sibi, aut fuis fina-
galiter, & moderatè pro temporis tantum necessitatibus. Et non ul-
tra erunt: m. stranda: at cum poëta ad dominum propriam
redire, non videtur viualia necessaria ministranda. Er-
go prædicta Ecclesia compelli non possunt ad illarum so-
lutionem. Ceterum verius existimat præfatas Ecclesiæ obli-
garas esse, quod docuit Abbas in cap. venerabilis de censibus.
Gófredus in sum. de simonia. §. sunt autem: Henricus cap.
cum Apostolus de censibus. Quos referit, & sequitur Azor. 2. p.
insit. moral. lib. 3. cap. 42. q. 4. quia nulla Texuta a solutione
procurationis existimat, quia elto ea viualia non sunt nec
cessaria Episcopo, cum ex propriis se sustentare possit in pro-
pria domo, at sunt convenientes, ut decentius sustentetur,
alius Episcopus diues non posset ab via Ecclesia procurations
recipere. Præterea procurations non solum ob susten-
tandum Episcopum, sed in subiectiōnis debitis signum, & re-
 cognitionem offeruntur.

Nomine viualium quæ visitatores exigere possunt, con-
tinet ea quæ pertinent ad cibum, & potum & stramenta sui,
& sua familia, & iumentorum quibus necessariæ virtur,
& quæ ad hæc præparanda opus fuerint, quæque necessariæ
fuerint ad discubendum, commorandum, spectata re-
gionis coniunctudine, viualium conditione, & visitatorum
facultate. Argum. leg. verbo vietus, & seqq. ff. de verborum si-
gnificati, & tradit alia relatis Azor. 2. p. insit. moral. lib. 3.
cap. 42. quæst. 7. Nullus autem modo mercedes eorum, co-
ramque iactura, & sumptus, aut viaticalum nomine viualium
veniunt: ut beata docuit Glossa in d. cap. Romana. §. pro-
curations, verbo in viualibus de censib. lib. 6. & in cap. ex-
igit edem tit. & lib. verbo pecuniam. Azor. 9. 8. Franciscus Leo
in thesauro fori Ecclesiast. cap. 1. o. num. 4. 4. Barbola de poëta
Episcop. alleg. 7. 3. num. 54. Bonacina dispu. 3. q. 5. pun. 4. num. 2.
& alij: Neque item veniunt medicinae, nam elto sunt nec
esse per se necessariae, non tamen per modum vietus. Sicuti elto ve-
stes necessarias sunt, non tamen eas visitandi suppeditare de-
bet. Præterquam quod medicinae non sunt nec sacerdotiæ per-
sonæ vt cuncte, sed infirmæ. Atque ita docuit Zerola in praxi
Episcop. verbo visitatio. §. 6. nr. 1. Excipi tamen debet, nisi
visitator his omnibus indigeret, nam eo calo ne visitatio omit-
tatur, hæc omnia donanda sunt, ut adverbit Glossa dicto cap.
exigit. verbo pecuniam, de censib. in 6. Francisc. Leo cap. 1. 6. nr.
numero 43. Bonac. p. 4. n. 2. Quod intelligendum est de Praelato
proprio nomine visitante; non de substituto, hic enim esto solu-
ere non posse velutur eorum, & alia quæ in itinere in-
sumit, & medicinas ad fui durationem, non obinde poterit
hoc onus visitandi imponere, sed à Praelato cum in visitato-
rem designante prædicta omnia exigere debet. His positis su-
perunt aliquot difficultates examinanda.

Prima An Episcopus dicens per oppida, & villas sue
diocesis gratia Sacramenti Confirmationis conferendi, vel
Chrismatis conficiendi, vel Ecclesiæ recente ædificatiæ con-
secrandæ, vel polluta reconcilianda, possit procurationem
visitationis tempore designatam recipere? Affirmat Azor. 2.
p. insit. moral. lib. 3. c. 42. in fine, quia ea munera præstant, suas
Ecclesiæ, & suo subditos visitat. Sed contrarium videtur di-
cendum, quia illa non est propria visitatio, cum non sit ad
contingendos, & emendandos subditorum defectus, sicuti doc-
ent, & decimus referunt August. Barbola, 3. p. de poëta Episcop.
alleg. 7. 3. num. 52. & in remissiōnib. censib. dicto cap. 3. Bonac. 3.
con. sur. dispu. 3. q. 5. p. 4. num. 8.

Sed an hui poëta subiicitur ob eam causam procurati-
onem recipiens? Affirmat ut probabilius Bonac. suprà: quia
Textus in capite exigit de censib. in 6. huic poëta subiicit vi-
sitatorem, qui aliquid ultra viualia pro temporis necessitate
recipit, vel viualia non impensum visitationis officio: ut
prædictus Episcopus suscipiens præfatas procurations,
cum pergit ad Sacramentum Confirmationis ministrandum,
vel Ecclesiæ reconciliandam, procurations recipit officio
visitationis non impensum, ergo. Nihilominus oppositum
mihi verius videtur, quia posito quod acceſsus ille ad Ec-
clesias conseruandas, vel Sacramentum Confirmationis
ministrandum, dici nequeat visitatio, viualium rece-
picio non causa visitationis sit, sed causa laboris impensi in

prædicto accessu, & munera illius executione. At Tex-
tus in cap. exig., & Conc. Trident. non subiicit Episco-
pum suu pensioni prædictæ ob quamlibet virtualium, aut
muneris receptionem, sed ob illorum receptionem ratione
visitatoris officio visitationis non impeno. Cum ergo
Episcopus non visitationis occasione, sed occasione laboris
in alio suo munere impensi recipiat, huic suspensioni non
subiicitur.

Secunda difficultas, An recipiens esculenta, & poculenta
domi sua insumenta huic pœnæ subiiciantur? Ratio difficultatis
est, quia haec videntur esse leuis materia, & insufficientia
ad animum iudicis peruerendum. Nihilominus oppositum
est tenendum cum Glossa in dicto cap. Romana, verbo aliquod
minus, ubi adiutit discordare hanc constitutionem a deci-
sione cap. statuum, q. in aucto de Re script. lib. 6. vbi permitetur
delegato esculenta accipere paucis diebus insumenta. Immo-
la, & Anchianu in Clement. 2. de censuris. Praxis noua Epis-
cop. 2. p. cap. 3. num. 6. 5. Marco Antonio Genuali manuall. pa-
fior. cap. 35. num. 6. 7. Barbo. alleg. 73. numero 54. Bonac.
tom. 3. de censur. disp. 3. q. 5. p. 4. num. 1. Qui Conc. Trident.
expresæ statuit, ne aliquid aliud ultra virtualia pro tempore
necessitate ministranda visitatores recipiant, aliquid pœni-
tentiæ in Concilio Lugdunen. statutis subiiciantur. At recipiens
esculenta, & poculenta in sua domo insumenta, virtualia re-
cipit ultra temporis necessitatem. Ergo si illa virtualia in ma-
gna quantitate sunt, queque piudentis arbitrio grauen mat-
teriam contineant, huic suspensioni, & interdicto locus erit. Et
confirmo prædicta excoleta munera rationem habent ultra
virtualia pro tempore necessitate ministranda. At visitator
occasione visitationis minus quodcumque recipiens ultra vi-
tualia tempore necessitatis ministranda suspensioni, vel inter-
dicto subiicitur, ergo &c.

Hanc doctrinam restringit Glos. in dicto cap. exig., de cen-
sib. 6. verbo visitationis Say. lib. 4. c. 1. num. 26. Franc. Leo
in praxi for Eccles. c. 16. num. 4. ne procedat stante con-
uetidine, pacto, fundatione seu institutione recipienda aliquid
ultra virtualia pro tempore necessitate insumenta. Si enim
stante fundatione, constructione, pacto, vel coniunctudine
gratis visitatione praestandi, nihil recipi potest. Si stante
coniunctudine, pacto, vel fundatione recipienda aliquid ultra
virtualia necessaria, recipi absque vlo timore poterit i. quia
Concilium non videtur pactis, priuatis fundationibus, &
coniunctudinibus legitime praescripsis voluntie derogare. At-
que ita docet ultra superiorum relatos Azor. i. p. inf. moral. lib.
4. c. 42. in fine. Hanc limitationem approbadam censu. si ex
pacto, fundatione, institutione, aut coniunctudine post Conc.
Trident. præscripsa haec munera concedantur, quia Conc. Tri-
dent. non derogat pacta, fundationes, institutiones, & consuetudines
immemorables antecedentes; sequuntur stante con-
uetidine, ut procurations in pecunia soluantur, sicut in plu-
ribus diecessibus viger, possunt visitatores cogere visitatos ut
procurationem in forma soluant, ut adiutit Ludovic. Mo-
linar. 1. de inst. ar. 2. disp. 8. 5. circ. finem.

Tertia difficultas, An Episcopus, seu eius substitutus plu-
tes Ecclesiæ eodem die visitans, possit, à singulis integras
procurations accipere, ac fvnit tantum visitare. Hunc diffi-
cultur responder Bonifac. V. I. L. in capitulo felicis de censib.
in 6. dicens: Non licet visitanti nisi unam procurationem re-
cipere una die, sive unum locum solum visitaverit, sive plura,
etiam si quilibet locus visitatio ab illo, sufficeret ad procurationem
integralm per soluendam, cum eidem sufficiere debet, ut
temporaliter, à locis personis visitatis pro diebus quibus
eis virtualia subministratur, aliqui, ut inquit Glossa ibi verbo
per soluendam, posset totam ciuitatem via die visitare, & tot
procurations recipere quoribus efficiat Ecclesia quod est ab-
surdum. Atque ita tradit Zerola 2. part. p. 2. Episcop. verbo
visitatio. §. 6. disp. 6. August. Barbola in remissione concilij, di-
cto cap. 3. in fine. Bonac. tom. 3. de censur. disp. 3. q. 5. punct. 4.
num. 4.

Ceterum Glossa in dicto cap. felicis in propositione casus,
circ. finem, quam sequitur Molina tract. 2. de inst. disp. 8. 5.
circ. finem. Alterius de interdicto, t. 2. disp. 12. cap. 2. col. 2. nec
dissentit Bonac. super, asserti hodie. Prædictos habere dispensa-
tionem a Papa visitandi pluralitate in una die, & à qualibet
recipiendi integrum procurationem. Quapropter ubi id con-
suevit recipi vna die plures procurations à iure positivo in-
ducta sit: potius dispensatione Pontificis, & consuetudine tolli.

Quarta difficultas, An recipiens procurationem à locis
priuilegio, vel consuetudine exemplis ab onere eam soluen-
di pœnaliis in dicto cap. exig., subiicitur; Affirmat Bonac.
disp. 3. q. 5. punct. 4. num. 1. duabus verbis Concilij Trident.
dicens. Quod si quilibet (quod abit) aliquid amplius in
supradictis omnibus casibus accipere presumperit, is propter du-
plici restitutionem infra mensuram facientiam, alii etiam pœni-
tentiæ constitutionem Concilij generalis Lugdunen. que incipit,
Exigit, necon. & ait pœni in synodo provinciali arbitrio sy-

nodi absque illa spe venire multetur. At unus ex casibus à Con-
cilio relatis in quo nihil procurations recipi debet est, si vi-
get confutudo, & à fortiori priuilegium nihil recipiendi,
sed gratis visitationem praestandi.

Ceterum satis probabile videatur sic recipiēntem virtualia
à prædictis locis exemplis his pœnis non subiici. Nam elo-
graanter peccet ea exigens, vt pote qui iniustiam committit
Rodrig. q. regular. t. 2. q. 6. 3. art. 7. Molina tract. 2. de inst. disp.
8. 5. in fine. Barbola alleg. 73. num. 4. Bonac. disp. 3. q. 5. punct. 4.
num. 1. atamen censura non videatur inodandus, qua non
prædicta actionem sub censura prohibit. Nam in cap. exig. &
cap. Romana de censib. 6. toloam prohibetur recipio alio-
ius munera ultra virtualia, vel virtualia receptio officio vi-
tenia doceat excommunicationem esse censuram in correctionem delinquentis ordinatam, & in hoc à suspensione, & interdicto differre, quod suspensiō, & interdictū in penam pœnam; & pro peccato præterito iniungi possunt, non autem excommunicati que semper iniungenda est, ad comprehendendam contumaciam, qua celsante tolli debet, efficiunt pœnam illam non esse propriam excommunicationem sed suspensiōm ab officio, vel ut, melius dicam, quadam prohibitiōnem, seu pœnationem impostaam cum aliis Episcopis non communicandi, sicuti eadē pena excommunicationis per duos menses imposta est in cap. de cœnū 18. dist. aduersus Episcopos qui Concilio provinciali celebrato non convocant Abbates, Presbyteros, & Clericos, & viuenfam suæ Diœcesis plebem, utrilibet in Concilio provinciali gesta reficiant.

¹³ Duodecima continetur in Bulla 99. Pij V. qui incipit: *Quoniam plenum, aduersus Episcopum, qui ob questionem, seu pecuniam acceptam publicam, seu concedit indulgentias, seu faciuntatem à casibus referatur absoluendi. Hic ergo interdictum ab ingresso Ecclesiæ, & à perceptione fructuum suspenditur, à qua absolutus non potest nisi praestitū sati factio[n]e. Neque opus est ad hanc pœnam incurvant, vt Episcopus indulgentias per se ipsum publicet, suffici si per alium, vt confiat ex illis verbis Appendi infra[m]ur, ad quæ censura que inferius subiungitur referenda est, vt bene aduersus Bonac. d[icitu]r. 2. q[ua]d. p[ro] 3. c[on]s. num. 6. Neque item est opus, vt facultas consilia sua pro casibus sibi referatur, nam etiam concilia fuerint pro casibus referatur Pontifici, huic censura locus est. Sicuti notauit Bonac. *Supra* num. 3.*

¹⁴ Decimatercia suspensiō fertur in Bulla Iuli III. incipiente: *Cum sicut. Et in Bulla Clement. VIII. C[on]cilio Hebreorum mali-ita, etcetera suspensiō, vel potius interdictum ab Ecclesiæ ingressu, si libros impij Thalmud non comburant, sed potius pemittant. Singulares persona ob eorum retentionem, vel lectionem excommunicatione innodantur, vt suo loco dixi.*

¹⁵ Decimaquarta lata est à Sixto V. in Bulla quæ incipit: *Romanus Penitentia, & est usq[ue] in ordine aduersus Episcopos & his superiores, qui ad limina Apostolorum temporibus in predica Bulla statutis non accelerint per se, vel per alios si impediti sint, vt sua die ecclesie statum referant. Tempus vero statuum Italie est tertio quoquo anno, Germania, Gallia, Hispania, & ceteris Europeis quarto, Remotoribus tam in Europa, quam Africa, & occidentali regione existentibus, quinto Denique Africatis, & Orientalibus decimo quoquo anno, qui computandus est ab anno quo prædecessor Apostolorum limina visitavit. Quod si Episcopus, & illo superiori hanc exequi obligacionem contemplaverit, ingressus Ecclesiæ ei interdictum, & ab administratione Ecclesiæ tam in temporalibus, quam in spiritualibus, & à beneficiis suspenduntur, quoque à Pontifice absolutorum meruerint obtinere, vt laius in dicta bullæ exprimitur.*

¹⁶ Decimaquinta sumitur ex Bulla Gregorii XIII. quæ caueatur ne Episcopi, aliqui Prelati in Monasteria Monialium sibi subiectarum ingrediantur abesse necessitate, alia prima vice ab ingressu Ecclesiæ interdicuntur. Secunda suspenduntur à diuinis. Tertia excommunicantur. Sicuti lacus explicui tractat. 16. de statu religioso, vbi de Monialium clausura.

§. VI.

De suspensionibus specialiter contra Religiosos, latiſ.

- 1 Prima suspensiō fertur aduersus Religiosos apostatas, Ordinem sacrum in apostasia suscipientes.
- 2 Secunda aduersus Religiosos mendicantes, aliquem ad professionem sive Religiosos admittentes, non completo novitatis anno.
- 3 Tertia aduersus Religiosos Prelatos presidentes Monasteriorum, Prioribus, Ecclesiis, si sita, reditae, aut profissiones predicatorum locorum ad longum tempus alicuius concedunt; &c.
- 4 Quarta aduersus quocunque Religiosos qui absque iusto titulo, & præiudice decimas rectoriis Ecclesiastiarum debitus usurpanterint.
- 5 Quinta aduersus Religiosos qui cum sint requisiti à Rectoriis Ecclesiastiarum, vt suis pontentiis conscientiam faciant de decimaliarum solutione, scienter id omittunt.
- 6 Sexta aduersus Prelatos Religiosorum qui accepta ex aliquibus excessibus enumeratis in Clement. i. de Priuilegiis infra menſem, postquam fuerint requisiti, non restituuerint parvula.
- 7 Septima aduersus Religiosos sive Beneficii non viventes forma-

vestimentum prescripta in Clement. i. de statu Monachorum.

- 8 Octaua aduersus eosdem Religiosos qui venant omni, aut auocatiōne clamorosa afficerint.
- 9 Nonna aduersus Religiosos presumentes introducere mulieres in Monasteria virorum.
- 10 Decima resertur aduersus Fratres Ordinis Predicatorum, perturbantes officium Inquisitionis exercitum à Fratribus Minoribus. Vel econtra.
- 11 Tandem resertur suspensiō aduersus Religiosos Ordinis Predicatorum qui promovi ad Episcopatum, vel aliam prælaturam, non restituunt Ordini ante promotionem libros, & alia a se possessa.

Prima suspensiō aduersus Religiosos continetur in cap. *Consultationi, vbi de Apostatis*, ibi enim apostate Ordinem sacrum in apostasia suscipientes, ab illius excursione suspenduntur, quoque à Romano Pontifice dispensationem obtineant. Statu[m] haec suspensiō tametsi ab apostasia recesserint, neque ad superiorem Ordinem ascendere; quia interdicta excursione inferioris Ordinis, cuncta superioris recessio interdicta. Argum. cap. *cum illorum de sentent. excommunicatione, & leg. qui indignissimis de Senatorib[us]. Et tradit Suarez. 5. de censur. d[icitu]r. 31. eccl. 6. num. 3. Sanchez pluribus relatis lib. 6. in decalog. cap. 8. num. 22. Filiuciū tractat. 17. cap. 9. num. 166. & sequentib[us]. Bonac. tom. 3. de censur. disputat. 3. qu. 7. punct. 9. Quapropter obtentā dispensatione huius suspensiō nō optimè poterit qui sicut apostata, ad Ordines superiores promoveri, quia solum acceleratē ab illorum receptione impediatur, vt bene notauit Sanchez. d. cap. 8. numer. 21.*

Notanter dixi Ordinem sacrum in apostasia suscipientes, quia textus in cap. *consultationi de Apostatis* solum Ordinem sacrum recipientes expressit. Verum non defunt priores Doctores, quos referit Sanchez lib. 6. decalog. cap. 8. num. 14. & sequitur Bonac. t. 3. de censur. disp. 3. q[ua]d. 7. punct. 11. num. 1. Et sequit[ur] afferentes apostatam irregularitatem esse. Dicuntur ex cap. penult. *vbi* & *so dist. vbi* apostata prohibetur ad clericatum admitti. *Priuilegia ex dicto cap. consultationi.* Si enim apostata prohibetur exequi ordinem in apostasia suscepimus, ideo est quia illum recipere prohibentur.

Ceterum verissima sententia est ob receptionem minorum Ordinum in apostasia nullam irregularitatem, neque aliam pœnam impositam esse ipso iure. Nam vt recte aduersit Sanchez d[icitu]r cap. 8. numero 26. Textus in cap. *penultim. so dist.* non de apostatis, sed de agentibus publicani penitentiam loquitur. Textus vero in cap. 8. non pœnam ipso iure latam continet, sed ferendam cum non ipso Apostatis, sed Prelatis præcipiatur, ne ad Clericale officia apostatas admittantur, d[icitu]r quos ad clericale officia non admitti iubemus. Præterquam quod est Text. Concilij provincialis Arelatensis, cuius Canones extra provinciam vim non habent. Ex Textu in cap. *consultationi* solum inferior præceptum esse apostatis durante apostolia sacram Ordinem non suscipere, non autem impositam esse irregularitatem, alias qualibet prohibitio Ordinis suscipiendo irregularitas confenda esset. Arque ira docet Suarez disputat. 31. eccl. 6. numero 2. Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 8. numero 26. Filiuciū tractat. 17. cap. 9. numero 166. Et latius dixi tractat. 16. de statu religioso, disputat. 4. punct. 16.

Secunda fertur in cap. *non solidum. Cap. constitutionem, de Regulâb[us]* in 6. aduersus Religiosos Mendicantes aliquem ad professionem sive Religiosis admittentes non completo novitatis anno. Ehi quidem suspenduntur à receptione quoniamlibet ad professionem, & prius quæ pro grauibus culpis apponi in ea Religione confluenter, subiiciuntur. Et licet in cap. *non solidum*, fermò sit tantum de Religiosis ordinum Predicorum, & Minorum, at in eis constitutionem ad omnes Mendicantes probatio extensa fuit, ita vt non solidum comprehendantur Mendicantes tempore Alexandri IV. & Bonifac. VIII. vigentes, sed qui postea creati sunt. Vt ex communione docet Suarez disputat. 31. eccl. 6. numero 2. Sanchez lib. 1. cap. 40. numero 3. Sayius lib. 4. cap. 13. numero 14. Sanchez lib. 5. cap. 40. numero 8. Filiuciū tractat. 17. cap. 9. numero 166. Bonac. tom. 3. disputat. 3. q[ua]d. 8. punct. 5. num. 12. Sed ac hinc suspensiōni subiiciuntur Moniales. Alij affirmant, alijs negant, vt videire est apud Syluest. verbo religio q[ua]d. 3. Probabilius censio non comprehendit: quia est malculum sub se sceminiū foliat contineat; id plerisque est in favorabilibus, sed non in penalibus. Præterquam quod Moniales capaces non sunt suspensiōnis tametsi illis receptio Monasticum interdicti possit, ob immaturam, & indebitam alicuius receptionem.

Ex Religiosis viris ordinum Mendicantium gravis est difficultas, an huius pœna singularis personæ subiiciuntur, an Conventus; Et ratio difficultatis est, quia Religiosorum ad professionem admitti, non Religiosis singularibus competit, sed Conventui. Sed longe probabilius est omnes, & singularis

gulos suffragium concedentes, ut professio ante completum nouitium aium concedatur, in hanc suspensionem incide-re, quia Textus non Conuentui quatenus tali, sed singulari-bus personis hanc penam suspensionis injungit. Quid satis manifeste ostendunt in verbo Textus: *In virtute obedientie, & sub pena excommunicationis distictius inhibemus, ne ante annum probationis et ipsam quemquam ad professionem vestri Ordinis, seu renunciationem in facio faciendam recipere presumatis.* Quid si aliquam contra hanc nostram prohibitionem recipere presumperitis, decernimus vestro Ordini allatum non esse, vobisque a receptione querulibus ad professionem eiusdem Ordinis fore ipso facto suspensus, & in super paenam subiec-torios, quae fratribus istius Ordinis pro culpis infligi grauius consue-vant. Ex his enim constat penam suspensionis in iungi in eos in quos excommunicatione ministrata est, & quos paenam pro culpis grauius statuta afficiunt: at hi singuli sunt de Conuentu. Ergo sic docuit Suarez dis. 31. sect. 6. num. 6. Alter. tom. 2. dis. 17. c. 1. vers. De qua. Bonac. tom. 3. de censur. dis. 3. q. 8. p. 5. num. 15.

Grauior dubitatio est, An hac pena suspensionis locum habeat post Concilium Tridentinum, sect. 2. cap. 1. de Regula, professionem irritans ante annum probationis expletum? Affirmat Bonac. tom. 3. dis. 3. q. 8. p. 5. num. 19. ductus ex eo quod in dicto cap. non solum spectatur factum, non actus valor, & quia grauius Religiosi delinqunt admittentes nunc ad professionem, viportu inuidam, & quia factum contra legem pro infecto habetur in utilitatem facientis, non vero quod damnum, & penam impositam iuxta doctrinam Bartoli in leg. non dubitamus. Sed rectius contrarium docuit Sanch. lib. 5. in decalog. cap. 4. num. 10. colligiturque ex his que tract. praecedenti de mar. dis. 2. punc. vii. §. 1. diximus. Etenim pena suspensionis in cap. non solum, & cap. constitutionem de regulis in 6. inducta erat, ne ad professionem, quae obligationem Religioni falem in genere inducebat, admitterent, qui nondum annum probationis complexerant, quia hoc fragilitati humanae in cuius favorem annus probationis statutus est, contradicebat. At haec ratio cessat, polito quod illa professio nullam vim obli-gandi habeat, siquidem ex ea fragilitas humana non luctetur, & reputatur ac si facta non esset. Ex qua ratione fundamentum Bonacinae dissoluitur. Respondeo enim Textum in cap. non solum spectante factum scilicet admittere ad professionem ante expletum probationis annum, sed non quodcumque factum, sed factum quod obligationem in professo inducere, quam obligationem impedire Pontifex haec pena impo-sita intendebat. Cum ergo decreto Concilii Tridentini obli-gatio penitus impedit haec, cessat pena in dicto cap. non solum, apposta. Neque obest grauius nunc delinquere admittentem ad professionem inuidam, quam qui ad validam admittent, quia non ex grauitate delicti pena delaminus, si cano-nibus statuta non est.

Tertia suspensio ab officio fertur in Clement. 1. de Rebus Ecclesiasticis non alienandis, aduersus Religiosos, Praetatos, Praesidentes Monasteriorum, Prioratibus, Ecclesiis, vel administratio-nibus suis iure, redditus, aut possessiones dictorum monasteriorum, Prioratum, Ecclesiastum, seu locorum quorum ad-ministratio-habent, ad longum tempus aliqui concedant absque sufficiente necessitate, & Ecclesiis, seu Monasteriis vtilitate, & Conuentus alienis, vel superioris licentia, sit conuenit non habent. Hoc igitur suspensio est absoluta ab officio, ac proinde comprehendit tam officium Ordinis quam iurisdictionis. Vt notauit Suarez. dis. 31. sect. 6. num. 8. Bonac. 2. 3. de censur. dis. 3. q. 8. p. 7. in fine. Perforare vero aduersus quas dicta suspensio fertur, sunt Praetati Religiosi monasteriorum regularibus, Ecclesiis, seu administrationibus praesidentibus. Adiuv auem ob quam dicta suspensio subiicitur, est alienare ad longum tempus iure, redditus, aut possessiones dictarum Ecclesiastum & monasteriorum. Vt tradidit Glossa dicta Clement. Nauari. cap. 27. n. 157. Henrici. lib. 13. cap. 40. n. 1. Sayrus lib. 4. 22. Fillius. tract. 17. c. 9. n. 169. Suarez. dis. 3. sect. 6. n. 8. Bonac. dis. 7. & alii.

Quarta habetur in Clement. 1. de Decimis aduersis quocunque Religiosos qui abfici iusto titulo, & priuilegio decimas rectoribus Ecclesiastum debitas usurpare, retine-re, appropriare suis familiaribus, vel pauperibus prohibere, vel impeditre ne eas soluant, presumperint. Hi igitur Religiosi si à Rectoribus Ecclesiastaram moniti, infra duos menses usurpatam non restituuerint, vel intra mensem à prohibitione, & impedimento apposito non desisterint, sus-pensioni ab officiis, administrationibus, & beneficiis subiicitur, si officia administrationem, vel beneficium habeant. Quod si his omnibus careant, excommunicatione ligantur, à qua abfici nequeunt quoisque plenam satisfactionem exhibuerint, ut suo loco dixi, & tradit in præsenti Sayrus alius re-latis, lib. 4. cap. 13. num. 10. Suarez. dis. 4. sect. 6. numero 9. Fillicius. tract. 17. cap. 9. num. 169. Bonac. tom. 3. de censur. dis. 3. q. 8. p. 8.

Quinta lata est in Clement. cupiens de Panis, aduersus Re-

ligiosos qui cum sint requisiti à Rectoribus Ecclesiastum, vt suis penitentibus conscientiam faciant decimorum solu-tionis, scienter id omittunt. Hi igitur Religiosi modore relo-Res Ecclesiastum non sint, nec ius habent decimas exigendi, si sic delinquent, ab officio prædicandi ipso facto suspenduntur, quoque ipsi penitentibus (si commisere poterint) conscientiam fecerint. Quia monitione penitentibus facta, celia suspensio. Quod si suspensio durante officio prædications se ingesserint, excommunicatione subiectiuntur. Quia omnia constant ex dicta Clement. & tradit in præsenti Sayrus alius relat. lib. 4. cap. 13. num. 18. Henrici. lib. 13. cap. 40. num. 3. Suarez. dis. 3. sect. 6. num. 12. Bonac. dis. 3. q. 8. p. 9. & alii.

Sexta fertur in Clement. 1. §. quibus, de Præiugis, aduersis Prelatos Religiosorum, qui accepta ex aliquibus excelsibus ibi enumeratis infra mensem postquam fuerint requisi, non restituerint parci exse. Et haec suspensio lata est absolute, vt que ad satisfactionem debitam, unde comprehendit suspensio-nem ab officio, & beneficio. Requirunt tamen ad hanc suspensionem incurram duplex conditio. Prima, vt Pra-la-ti pro se, vel pro monasterio, aut alia quavis persona, ali-qui recipiant occasionem excelsuum qui in ea Clement. re-tinentur, quique faciunt à suis Religiosis commissi. Secunda, ut postquam per se laicos grauius, requisiuti fuero, omittant in tra mensem restitutionem facere. Excelsus occasione quo-rum accepimus esse debet, latus. Primo, si in sermonibus suis Ecclesiastum Praetatis dereliquerint. Secundo, si tetrahant laicos ab Ecclesiastum suorum præsenta, vel accessu. Tertiù, si indul-gentias pronuntient indiscretas. Quartu, si afflentes te-mentis condensis tetrahant testatorum a cœlestib[us] de-bitis, aut legatis matrici Ecclesiastis faciendis. Quintu, si legatis, vel debitis, aut malis ablata incerta sibi, aut aliis singularibus sui Ordinis fratibus, vel conuentibus in aliquum prædictum cœlum fieri, se eirogari procurent. Sexto, si in casibus Sedis Apo-stolicæ vel Ordinario referuntur, quemquam absoluunt. Septi-mo, si personas Ecclesiasticas præterit coram iudicibus de-legatis à nobis suam apud eos iusticiam prosequentes, re-vere inderibit, aut ad loca plura, & præterit multum remo-va conuenientem prælatum. Quidquid ergo recipimus h[ab]e-ratione horum excelsuum, si intra mensem postquam fuerit prælatus regularis recipiens requisiuti faustis etiam plenaria Ecclesiastis, seu personis Ecclesiasticis grauius non ex-hibuerit, ipso facto suspenditur. Religiosi vero priuati subi-entur penit illis, quae lecuadur corum regulam, vel han-tum pro grauius criminibus, seu culpis conluerent in-iungit.

Septima continetur in Clement. 1. §. se quis autem de pau-Mozachor. aduersus Religiosos nigros, id est Ordinis S. Benedicti, alij non comprehenduntur, teste Suarez. Sayro. Bonac. & alii statim referendis non ventent forma velutum ibidem praescripta. Si quim Abbas vel Prior fuerit alicui Ab-bati, vel Priori non subiectus à beneficio cum collatione per annum ipso facto suspenditur: si inferior fuerit ab admini-stratione si quam habet, suspensus est. Quod si nullam habeat, inhabilis sic ad ilam, & ad beneficium Ecclesiasticum ob-diendum. Requiruntur tamen ad prædictam penam incen-dam, vt frequenter, seu ordinari habitus contrarius forme praescripte portaret, quia singularis, vel bina portatio non sufficit. Et insuper opus est, vt ex malitia, & non bona fide, aut ignorantia portaret, vt indicant illa verba Textus: Portare presumperint, que frequentem v[er]um significant, & dolum important. Sicuti colligit ex Glossa isti, Say-ro. lib. 4. cap. 13. a numero 6. Suarez. dis. 3. sect. 6. numero 10. Henrici. lib. 13. c. 38. n. 3. Bonac. dis. 3. q. 8. p. 14.

Octava continetur in eadem Clement. & in eodem §. ad-uersis eosdem Religiosos nigros, qui venationem, aut accu-pationem clamorosæ, id est venationem cum canibus, aut accu-pationem cum auribus ex propulsione aliter, quia ea abfici dedecet eorum statum. Secundu, verò si eis aliquantulum incen-sint, vel venatio absque canibus, vel accupatio absque au-bus, hominivmque tumultu fiat. Religiosi ergo huic venationi, aut accupationi prohibita assident, si Abbates, vel Priors fuerint, alii Abbatibus, vel Prioribus non subiecti, si inferiores fuerint, ab administratione temporalium si quam habent remouent, si vero illa careant inhabiles per dictum biennium redundent ad quamlibet administrationem, beneficioque Ecclesiasticum subiectum. Sicuti haec notauit Sayrus lib. 4. ibi/auri. cap. 13. a numero 7. Et seq. Suarez. dis. 31. sect. 6. n. 10. Fillicius. tract. 17. cap. 9. n. 169. Bonac. 3. 3. de censur. dis. 3. q. 8. p. 15. & alii apud ipsos.

Nona referit in Bulla Pij V. quae incipit: Regularium, aduersis Religiosos prælumentes introduce mulieres in Monasteria virorum, suspenduntur inquam à diuinis, & beneficiis priuantur, & ad illa, & reliqua omnia beneficia in-habiles redundantur. Vt tradit. 1. 6. dis. 4. vbi de clausa laicis explicui, & superius de excommunicationib[us], referuntur extra corpus iuris consenti.

- 10 Decima referit S. Antonin. 3. p. tit. 28. cap. 4. de suspensiōne ex quadam priuilegio Clementis IV. incipiente Pauperiaris ultissima, vbi fratres Ordinis Prædicatorum perturbantes officium Inquisitoris exercitum à Fratribus Minoribus, vel & contra Minorē idem officium à Prædicatoribus exercitum perturbantes fulpenduntur ab exercitio sacramentorum ordinum, donec absolutionem à Sede Apostolica, vel ab illo cuius officium perturbarunt, obtineant. Sicut notauit Henrīq. lib. 13. cap. 40. num. 3. Sayrus plures referens, lib. 4. t. 13. n. 13. Bonac. t. 1. 3. disp. 3. q. 8. p. 16.
- 11 Tandem idem S. Antonin. 3. p. tit. 27. cap. 4. de suspensiōne refert Clementem IV. in favore Ordinis Prædicatorum statuisse, ne ex illo Ordine promoti ad Episcopatum, vel aliam Prelaturam regimen seu consecrationem suscipiant, qui prius libros, & alia omnia quæ ante promotionem habebant, Ordini relinquant.

Aliæ sunt suspensiōnes communes Episcopis, Clericis, & Religiosis, de quibus superius actum est, simulque expiata sunt, quæ Capitula, Conventus, seu Communitates afficiunt.

P V N C T V M vlt.

De depositione, & degradatione.

- 1 Quæ sit depositio?
- 2 Depositio simplex, & absoluta Clericum priuilegio fori, & canonis non denudat, nisi expressè in sententia exprimatur.
- 3 Temperatur hac doctrina, si incorrigibilis declaretur.
- 4 Enumerantur crimina, ob qua Clericus depoñi in perpetuum potest.
- 5 Pena degradationis priuata Clericum statu clericali.
- 6 Degradatio alia est verbalis, alia realis.
- 7 Quis possit Clericos degradare?
- 8 Quæ requirantur ad degradationem authenticam?
- 9 Actualis degradationis, & realis sit ab Episcopo.
- 10 Forma actualis degradationis.
- 11 Hac degradatione frequenter sit presente Iudice sacerlari.
- 12 Referuntur crimina, ob qua Clericus in sacris venit actualiter degradandus.
- 13 An ob alia crimina possit Clericus degradari, examinatur.
- 14 Quis possit depositum, & degradatum in suum pristinum statum restituere?
- 15 Solus Episcopus ab quoque consensu Capitali, hanc dispensatione praestare potest.

Dpositio prout in præsenti sumitur, est pena Ecclesiastica priuata Clericum officio, vel beneficio in perpetuum, & ex iure ordinari irreversibili. Convenit cum suspensiōne priuatoria, & ferre ab illa non differt, nisi in maiori difficultate obtinendi dispensationem. Per dispensationem enim sicut & per depositionem perpetuam, priuatus depositus fructibus beneficij, non ramen beneficij titulo quia nullib[us] est cautum; quinib[us] contrarium videatur colligere c. 1. de penit. in 6. vbi degradatione solenniter priuatum ordinis, beneficij, & priuilegij clericalis, non verò depositioni, venit ramen depositus priuandum beneficij, & ferre semper priuatum; siquidem priuatur in perpetuum officio, ratione cuius beneficium conceditur. Sicuti adverterit Panormitanus in cap. veritatis numero 3. de dolo, & connivencia. Sylvestri verbo degradationis in principi. Suarez de cens. vñ. disp. 3. o. sect. 1. a. num. 4. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. part. 3. cap. 5. num. 2. & 3. Dum autem beneficio non spoliatur debet deposito alimenta ex fructibus beneficij affligantur cum opprobrio Clerici mendicare cogantur, ut dixit Felini. in cap. ex parte de accusat. num. 4. Suarez disp. 30. sect. 1. num. 3. & 4. Sayrus. lib. 4. t. 13. cens. confit. cap. 2. in fine Stephan. Daula. 4. p. disp. vñ. dub. 1. conclus. 3. Paul. Layman. loc. citato. Quinimodo Sayrus & Aula censem hæc alimenta subministranda esse etiam post beneficij spoliacionem. Sed recessus contrarium docuit Panormitanus. cap. 3. num. 8. Bonac. de censur. t. 1. disp. 4. punct. vñ. num. 8. qui sibi imputare debet depositus tam quam patiu necessitatem, neque in Clerici opprobrium cedit, quod sic depositus hac alimento priuatione puniatur, maximè cum post depositionem incorrigibilis existat, ut aduerterit Layman. lib. 1. sum. tract. 5. part. 3. cap. 5. num. 3.

Hæc depositio simplex, & absoluta Clericum priuilegio fori, & canonis non denudat, nisi expressè in sententia exprimatur, ut colligitur ex cap. c. 3. non ab homine de iudicio. vbi post degradationem verbalem, non traditur deliquescentia seculari, nisi crescat contumacia, & incorrigibilis existat. Et in c. 2. de paenit. in 6. degradationi actuali, & reali, sed non verbalis annexatur priuatio clericalis priuilegij. Atque ita

doceat Abbas in cap. ar. si clerici. §. de adulterijs num. 2. de iudicio. Nauart. cap. 27. num. 8. t. Bernard. Diaz præst. cap. 11. 9. Suarez. disp. 30. sect. 1. num. 8. Stephan. Daula. 4. p. disp. vñ. dub. 1. § tertio sequitur. Bonac. t. 1. disp. 4. de cens. vñ. punct. vñ. num. 3. Barbosa plutes referens. 3. p. de potest. episcop. allegat. 110. numero 3.

Restringitur autem prædicta doctrina, nisi post depositum Clericus in eodem criminis, vel simili periret, cuius correctionem Ecclesia sub excommunicatione præcepit nam eo ipso videtur priuilegio clericali denudatus, & sacerdotali potestate puniendis trahi, ut potè incorrigibilis ex doctrina Abbatis in dicto cap. cum non ab homine. num. 28. de iudicio, quem sequitur Sylvestri verbo degradationis. q. 6. num. 8. Aula 4. p. 4. p. vñ. dub. 1. Bonac. disp. 4. punct. vñ. numero 3. Sed hæc restrictio ad summum veritatem habet post incorrigibilitatis declarationem: quinimodo facti probabiles est opus esse non solum sententia declaratoria incorrigibilitatis, sed etiam priuaria dicti priuilegii: eo quod nullib[us] videatur cautum clericale priuilegium ob incorrigibilitatem amitti. Sicuti indicat Glossa in dicto cap. cum non ab homine, vers. postmodum. Et tradit Tolet. lib. 1. cap. 50. §. aduerte. Suarez disp. 30. sect. 1. numero 7. & 8. Paul. Layman. lib. 1. sum. tractat. 6. part. 5. cap. 5. num. 3.

Crimina autem ob qua Clericus deponi in perpetuum potest, enumerant Doctoris in dicto cap. cum non ab homine de iudicio. Sylvestri. verb. crimen, & verbo degradationis. q. 4. Nauart. cap. 27. num. 14. Henrīq. lib. 13. cap. 5. num. 3. Steph. Daula. 4. p. disp. vñ. dub. 3. Saa. verbo depositio. num. 2. Bonac. t. 1. de cens. disp. 4. pun. vñ. num. 6. adulterium, stuprum, furtum, homicidium, & in maiora. Sed quoniam ob hæc crimina antiquitus depositio imponenda esset: quia Ecclesiastica disciplina amplius vigebat: at præsenti tempore existimo ob hæc crimina simpliciter depositionem imponi non debere, nisi ex obiectione, aut ex circumstantis scandalo, & atrocia, sine utriusque estet homi cedimus voluntari patrum, cum pena irregularitatis plerunque indispensabilis ei annexa sit: fursum Ecclesiæ in gravi quantitate, adulterium, & stuprum quibus iure ciuii pena mortis indicta est. Sicuti colligitur ex Abbate in dicto cap. ar. si clerici. num. 3. & sequentib[us]. Paul. Laym. lib. 1. sum. tract. 5. part. 3. cap. 5. num. 2. Aula. Saa. Bonac. loc. allegatis. Notorius concubinatus si post monitiones, & priuationem fructuum, & prouenientium, imd[em] & beneficiorum perseveret, sufficieat causa depositionis perpetua præbet. Ut colligitur ex cap. si autem clerici de cohabitatis clericorum, & mulierum. Et apertius ex Conc. Trident. sess. 22. decreto de obseruandis. & seq. 2. c. 14. de reformat. Et tradit Abbas dicto c. ar. si Clerici a num. 3. Bonac. disp. 4. pun. vñ. num. 6. Paul. Layman. dicto cap. 5. num. 2.

Si vero de pena degradationis loquarintur, degradationis Clericum de gradu, & statu Clericorum dejet. Est enim quædam authenticæ & solemnis priuatio officij, beneficij, & cuiuslibet Ecclesiastici priuilegij. Unde degradationis in potestate secularis transfit, à qua cap. 1. incarcerauit, & puniit ob crimina potest, sicut quilibet alios laicos; in quo à simplici depositione differat. Sicuti notauit Glossa in cap. 2. verbo priuilegio clericali de Penit. in 6. Abbas cap. cum non ab homine. num. 5. de iudicio. Sylvestri verbo degradationis. q. 6. Iulius Clarius cum addicione b. præst. criminis. q. 7. n. 4. Paul. Laym. 1. sum. tract. 5. part. 5. par. 3. cap. 5. num. 3.

Degradatio qua à depositione simplici distinguitur duplex est: alia verbalis, alia realis, & actualis. Verbalis est qua sit per sententiam authenticam & solemnem; realis quæ hanc sententiam aliquibus ceremoniis, & ritibus exequitur, uti colligitur ex cap. 2. de Penit. in 6. & Conc. Trident. sess. 13. c. 4. de reformat.

Hanc degradationem comparatione Episcoporum solus summus Pontifex præstare potest, vt probat Textus in c. accusatus. Cap. quænamis. 3. q. 6. Et notauit Panormitanus. cap. graue nimis de Præbendis. n. 4. Cap. non potest. num. 5. de sententia. & re iudic. Cognitio cautæ debet fieri per Metropolitanum contentientibus Episcopis totius prouincie, qui ad minus debent esse duodecim, ultra Metropolitanum, vt adverterit idem Panormitanus in dicto cap. non potest. Henrīq. lib. 13. cap. 5. num. 2. Aula 4. p. disp. vñ. dub. 4. conclus. 2. Item in Religio exemptos nullius alius præter Pontificem sententiam degradationis potest nisi forte ex consuetudine, vel priuilegio eorum Prælati regulari ea potestas competit, vt tradit Nauart. lib. 1. confil. 8. de Regularib[us]. num. 3. Sed Aula 4. p. de censur. disp. vñ. dub. 2. conclus. 2. affirmat nullum tale priuilegium in compendio Minorum innuenire. At in compendio priuilegiorum Societatis Iesu verbo Prælates. §. 3. est priuilegium quod ad hunc casum extendi potest. Comparatione autem aliorum clericorum, Episcopus proprius est qui potest sententiam degradationis ferre, etiam si consecratus non existat. Quinimodo ex eius delegatione a simplici Sacerdote fieri potest, quia non est actus ordinis, sed iurisdictionis colligitur ex Conc. Trid. sess. 13. c. 4. de reformat. Et tradit Suarez disp. 30. sect. 1. n. 18. Aula 4. p. disp. vñ. dub. 2. conclus. 4. Bonac.

Bonac. t. I. disp. 4. de censur. pun. vn. n. 10. & 11. Paul. Layman. lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. 5. num. 3. Coninch. disp. 1. 6. num. 6. Ex quo sit Capitulum Sede vacante per suum Vicarium electum hanc sententiam degradationis ferre posse, quia succedit Episcopo in his qua ad iurisdictionem pertinent; & notaui ... tract. de officio, & posest. Capit. Sede vacante, in principe. Et latius agens de hereticis Stephan. Daquila d. 4. p. disp. vn. dub. 2. §. Secundum sequitur, tametsi contra sentiant Panormitum in cap. at si clerici. §. de adulteriis, verbo sed circa hec de indicio. Et cap. transmissam de elect. circa finem & fauent omnes illi qui censem sententiam degradationis ad solum Episcopum confererat perinde, ex quibus sunt Immola in suprad. cap. transmissam. Sarmiento, lib. 1. select. cap. 14. num. 9. vers. verum est. Didacus Perez, libro 8. ordinam. tit. 4. lege 3. col. 17. in fine.

⁸ Ad hanc degradationem authenticam, & verbalem quam actualis plerunque subsequitur, plura requiruntur. Si enim hoc degradatio facienda est alicuius Clerici in minoribus Ordinis confitetur, sufficit proprius Episcopus, ut decidatur cap. 2. de Penis in 6. Debet tamen fieri praetibus aliquibus de clero, Capitulum representantibus, alioquin sententia erit irrita, cap. penult. 5. q. 7. & cap. de excessib. pralator. nisi forte aliud consuetudine fuerit introductum: vii notar. Glossa communitate recepta in cap. 2. de Penis in 6. verbo prefat. Suar. disp. 30. sect. 1. num. 19. Paul. Layman. tract. 5. par. 3. cap. 5. num. 4. Quid si sententia degradationis ferenda sit aduerteri Clericum in sacris, requiruntur ex cap. felix. & cap. si quis. 1. 5. q. 7. plures Episcopi, nam pro degradatione Episcopi duodecim requiruntur: sex pro Presbyteri degradatione, tres pro degradatione Diaconi, & Subdiaconi. Sicuti notaui lilius Clar. tract. crimin. lib. 5. q. 74. Coninch. disp. 1. 6. num. 8. Bonac. t. I. disp. 4. de censur. p. vn. num. 12. Hæc tamen moderata sunt pro crimine hereticis in cap. 1. de heret. in 6. vbi in degradatione hereticorum profunda non est opus Episcoporum assistentia, sed conuocatis Abbatibus, seu Pralatis, alioquin viris doctis ex eorum consilio potest Episcopus, seu Inquisitor ad degradationem sententiam procedere, & generaliter pro omnibus crimine. Sess. 23. cap. 4. de reformat. Concil. Trident. vbi tradidit loco Episcoporum sufficere totidem Abbates vñm mitra, & baculi habentes cum proprio Episcopo, cuiusque prouisore, vel si commode reperiri Abbates non possint, totidem personas graues iuri scientia commendabiles, & in dignitate Ecclesiastica confitutas. Hæc autem intelligenda sunt pro degradatione inferiorum Episcoporum; nam pro degradatione Episcoporum nihil Concil. Trident. ex his que iure antiquo statuta sunt, mutauit. Sicuti aduerterit Coninch. disputatio. 1. 6. numero 9.

Hic autem assistentes etiam post Concilium habent votum decisum, & non tantum consultivum, vii tradit alii relatis August. Barbola 3. p. de potest. Episcop. alleg. 110. num. 11. Sayrus lib. 5. cap. 22. de censur. sect. 1. num. 20. Auila 4. p. disp. unica. dub. 5. in fine. Henr. lib. 13. cap. 5. num. 2. Coninch. disp. 1. numero 8. Ratio est, quia ex iure antiquo Episcopi assistentes erant iudices, ut colligatur ex cap. 3. de sententia. & re iudic. Et notar. ibi Glossa, & indicatur in cap. fin. 5. q. 7. Et in cap. si quis. Cap. felix. eadem cap. 2. & q. Sed in Concilio solum immutatum est, vel loco Episcoporum succedunt Abbates, vel aliae personae doctæ, & in dignitate constituta, non autem est immutatus modus assistentia qui prædictis erat concensus. Ergo si ante Concilium iudices erant in causa cognitione, & sententia prolatione, etiam post Concilium esse debent. Quinimo videtur requiri, ut omnes hi assistentes simul cum Episcopo conueniant: siquidem cap. non potest. de sententia. & re iudic. dicuntur non posse ad Sacerdotis degradationem procedi, & idem est de Diacono, nisi fuerit concors assistentia sententia. Arque ita tradit Abbas d. cap. non potest. num. 16. Felin. lib. num. 16. Bonac. alii relatis disp. 4. pun. vn. num. 14. In crimine autem hereticorum est praxis statuta in cap. 2. de Hereticis. in 6. vt dictum est.

Huic degradationi authenticæ succedit actualis degradationis, quæ necesse est ab Episcopo consecratio, quia est actus non solum iurisdictionis, sed ordinis ex Ecclesiæ institutione consecratio Episcopali annexus. Sicuti tradit Glossa communitate recepta in cap. transmissam, verbo de talibus. Abbas num. 4. de elect. Tolet. lib. 1. cap. 50. Suar. disp. 30. sect. 1. num. 18. Sayrus lib. 5. cap. 22. num. 12. Bonac. disp. 4. par. 1. num. 11. Coninch. disp. 16. num. 9. & in fine. Paul. Layman. lib. 1. summa tract. 5. par. 3. cap. 5. num. 5. Et licet Bonac. t. I. disp. 4. pun. vn. num. 11. probabilitus existimat huius degradationis ministrum Episcopum proprium esse debere, nequa posse alteri Episcopo consecratio vices suas committere, dudus illi verbis Concilij; Et per seipsum etiam ad actualem, & solemnem degradationem &c. verius censes alioquin Episcopo committe hoc munus posse, quia verba Concilij, Per seipsum, denotant non posse per Vicarium non consecratum fieri, non tamen excludent quin per alium Episcopum consecratum fieri possit, vt bene notaui Suar. d. sect. 1. n. 18. Paul. Laym. d. 1. n. 5.

Forma actualis degradationis prescribitur in capitulo 2. de 16 Paris. in 6. & in Pontificali Romano. Quippe Episcopus degradatur debet esse Pontificali induitus, degradandus vero ornat. similiiter debet esse vestibus, alioquin omnibus que requisita fuerunt pro susceptione, & viu illius Ordinis, quo degradatur, quæ Episcopus publicè singula auctoritate ad veslem qua prima tonitura suscipitur, & tunc condens. & caput radiatur, ne veltigium clericalis status videatur reliqui, & interim aliqua verba sunt proferenda quæ effectum declarant, & quibus terror astantibus incutatur, ut in supradicto cap. 2. caueatur. Ad hanc actualem degradationem praefacta Episcoporum, vel Abbatum non est necessaria, quia nullibi cautum est. Sed Episcopus per seipsum exequi potest. Sicuti notaui Sylvest. verbo degradatio. num. 1. in fine. Sayrus, lib. 5. shefauri. cap. 2. n. 7. Suar. disp. 30. sect. 2. num. 6. Layman lib. 1. summa tract. 5. par. 3. cap. 5. n. 4. tametsi contrarium censetur. Bonac. disp. 4. p. vn. n. 16.

Hæc degradatio frequenter fit praesente Iudice seculari, cui degradatus priuilegiis clericalibus exiuit puniendus traditur; apud quem Iudeus Ecclesiasticus post degradationem efficiatur, hoc est feriò, & ex animo interpellat, ut circa mortis periculum sententiam circa cum moderati velit, quam intercessionem præstat, ne videatur Ecclesia necem delinquens experire, ut dicitur c. nonimus de verbor. signific. & notaui Laym. lib. 1. summa tract. 5. par. 3. cap. 5. num. 5. Item debet fieri in Ecclesia, seu oratorio, ut colligatur ex cap. Episcop. p. 11. q. 3. ut sic spoliatio clericalis status susceptionis illius correspondeat, & res per quascunque causas nasciunt per eadem dissoluntur, & tradit Geminian. in c. degradatio. num. 7. de Penis. Archidiac. & Ancharran. ibidem. Bonac. disp. 4. p. vn. n. 16.

Crimina ob qua Clericus in sacris degradandus aduersus venit. Sunt primò hereticis si in ea conumbar sit. Cap. ad abendum. Cap. excommunicamus de hereticis. & cap. 1. edent in 6. Vcl. si in eam relapsus sit, tametsi velut corrigere ex dicto cap. 1. ad abolendum. & cap. super eo de hereticis in 6. Sicuti tradit Glossa ibi. Mol. tract. 3. disp. 49. num. 1. August. Barbola 3. p. de potest. Episcop. alleg. 110. num. 11. Sayrus lib. 5. cap. 22. num. 16. Bonac. disp. 4. p. vn. n. 6. Layman lib. 1. summa tract. 5. part. 3. cap. 5. num. 6. Secondus falsificatio litterarum Apollinarium. Cap. ad falsariorum de criminis falsi, nisi forte Pontifice pœnam mortis in perpetuum carcerem commutet, iuxta Textum in cap. nouimus. §. pro illo de verbor. significat. Et tradit Panormit. cap. 1. si clericis. num. 37. de iudicis. Sayr. num. 17. Bonac. Laym. Barbola locis allegatis. Hunc casum extendit lex regia 60. tit. 6. part. 1. ad falsarios litterarum, vel signi Regis. Sed Gregor. Lopez ibi aduerterit hunc non esse degradandum actualiter, sed solum in perpetuum deponendum, causis sententia sustineri potest, cum falsificatio non cedit in alius grauissimum pœnūdium ex doctrina Menochii de arrib. cap. 306. à num. 10. Tertiò fodomia non semel, sed aliquoties commissa ex constitutione 70. Pij V. contra fodomias, in qua omnes Clerici seculares, & regulares cuiuscunq; gradus, & dignitatis (etiam Episcopi, ac Cardinales sunt) tam dirum nefas exercentes, omni priuilegio clericali, omniisque officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico ciudem Canonicis auctoritate priuantur: & tradit Nauart. cap. 27. num. 24. Bernard. Diaz præf. cap. 80. Jacob. de Graffis lib. 2. deput. cap. 1. 2. Sayrus lib. 5. cap. 22. num. 21. Barbola alleg. 110. num. 19. Et alii. Quartò calumnia, seu conspiratio in proprium Episcopum. Cap. si quis sacerdotum. 1. 1. q. 1. Sed hoc intelligendum est, si incorrigibilis accedat. Glossa communiter recepta ibi, verbo mox. & in cap. si qui sunt, verbor. recuperato. 1. 9. Et in cap. nouimus, verbo tradatur de verbor. significat. Et tradit Panormit. in d. cap. 1. si clericis. num. 37. de iudicis. Sylvest. verbo degradatio. q. 2. Sayr. lib. 5. c. 22. n. 18. Tolent. lib. cap. 1. 2. Auila 4. p. disp. vn. dub. 1. 3. Laym. lib. 1. tract. 5. par. 3. cap. 5. circa. num. 11. Barbola. alleg. 110. num. 12. Si enim ab hominidum simplex non traditur Clericus seculari potest puniendus cap. cum non ab homine de iudicis, nec etiam ob contumaciam seu conuictum Episcopo iugatum tradi debet.

Sed an ob alia crimina possit. Clericus maximè si Sacerdos sit, vel Religiosus degradari, & curia seculari committit eum incorrigibili non sit, diligenter Doctores. Nam Bernard. Diaz præf. cap. 90. & cap. 1. 2. alios referens lilius Clarius lib. 5. que. 5. num. 3. Lelius Zechus tract. de priuilegiis. Episcop. præsul. 79. numero 7. Bothus tract. criminis titul. de fini competr. num. 13. & 1. 3. 6. Scatia de iudic. 1. p. cap. 1. num. 60. & 61. Sayrus lib. 5. cap. 2. num. 20. & alii, negant posse Clericum maximè Sacerdotem, vel Religiosum ob alia crimina præter quatuor supradicta in iure expressa, tradi curia seculari, quia incorrigibilitas præcedat. Argum. cap. cum non ab homine de iudicis. At Abbas in dicto cap. cum non ab homine, & cap. 1. si clericis. num. 39. Sylvest. verbo degradatio. q. 2. Tolet. lib. 1. cap. 5. 2. verbo tertio. Petrez. lib. 8. ordinam. tit. 4. 1. 3. column. Paul. Laym. lib. 1. summa tract. 5. par. 3. cap. 5. in fine. Molina tract. disp. 49. num. 19. Bonac. disp. 4. de censur. pun. vn. n. 6. Barbola de potest. Episcop. 3. p. alleg. 110. num. 13. & alii relati a Gouarn.